sedem, tum aduersarii nostri probant, ipseq; adeo Bellarminus: tum Roman
ni admiserunt. Nam c. 21. lib. 2. de Pontifice, vt ostenderet vndeque appella
tum fuisse, citavit Bellarminus exemplum Marcionis, qui erat tantum pres
byter. Et Romanus Pontifex Apiarium presbyterum in Africa damnatum;
voluit restitu. Nam quod Bellarminus excipit prohibitum quidem presby
teris ne appellarent, at non prohibitum Romano, ne eos admitteret: quis
non videt meras esse præstigias, & fucum legi factum? Nimirum ex Italico
proverbio, *Fata la legge, trouato l' inganno*. Sed vident cordati, si male ap
pelletur, ergo scelerate appellationem suscipi. Sed nimirum omnia sulque
deque habent Papistæ, dum sui iurisdictionem amplificant. Tanta iis
est religio! Sed addit remissum fuisse in Africam: itaq; non admissam appella
tionem. Nog. Nam remissus in Africam fuit Apiarius, non iudicandus,
sed ex præscripto Romani admittendus in communionem. Vnde rescri
bentes Africani monent, ne ex Africa venientes facilius admittenterunt, & ad
communionem exciperentur.

XXXII. Deinde, attende hunc Canonem editum ab Episcopis Afric
anis: iis, inquam, à quibus ad Romanum appellari posse prohibetur? hoc est
(si verum id sit) ab inferioribus iudicibus. At quis vndeque vidit, inferiores
iudices ius habere coercendæ superioris iurisdictionis, sanciendo, ne
hoc, illud ve reorum genus appelleret? Et ita statuerunt tamen Africani. Ergo
hunc facto ostenderunt non esse se: inferiores Romano.

XXXIII. Sed, hic Canon, vt ex Latinis codicib. descriptus à Bellar
mino, truncatus est. Græce enim ita habet. Non appellant, nisi ad Africana
Cœcilia, vel ad primates prouinciarum suarū, as id rās īrōxōm̄, rōmāis
ēsas. Ut etiam de Episcopis sape sanctum est. Quare ex eo Canone non tā
tum presbyterorum, & inferiorum clericorum, sed ipsorum etiam Episcop
orum appellationes prohibentur ad transmarinos Episcopos, id est, Ro
manum, sub pœna excommunicationis. Itaq; Carthaginensis sexti Conci
lii Patres, Nam etis de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaveneri (id
est in Nicæo) quanto magis hoc de Episcopis voluit obseruari, ne in sua pr
ouincia communione suspensi, à tua sanctitate, vel festinato, vel præpropere, vel
indebito, videantur communire restitu?

XXXIV. Sed instat Bellarminus. Primo, hunc Canonem, de Episcopis
non loqui clatum ex Augustino, qui huic Concilio interfuit, vt scribit Epis
tola 162. licet Episcopis Africani appellare ultra mare; Clericis minoribus non licet.
Deinde, hoc Mileuitanum Concilium probatum fuisse ab Innocentio primo in Epistola ad ipsum Concilium, quæ est 9: inter Epis
tolas Augustini: quod certe non fecisset, si in eo Apostolica sedi deroga
tum fuisse.

XXXV. Verum Augustinus de appellationibus ea tota Epistola ne ver
bum quidem facit: sed simpliciter de conseruanda causa integra iudicio col
legarum, & quidem non significatis nominatim transmarinis; sed generaliter
aliis. Significat autem privilegium fuisse Episcoporum, vt coram Episcop
is iudicarentur: non his aut illis, sed quibuslibet, aut electis, aut datis. da
bantur autem vel à Canonibus, vel à principe. Canones assignabant eos qui in
eadem prouincia, non alienos. Principes dabant pro arbitrio: quomodo Ce
cilius causā aetā fuerat primo corā Romano; deinde corā Arlatensi, aliisq
ab Imperato & designatis. At jūs appellandi aliud est: in fert. n. certum & pro
prium iudicē, quē non liberum sit eligere, led jam designatū, & certis legib.
constitutum appellare. Nemo autē negavit vndeque ex qualibet orbis parte
eligi posse iudices, qui accusati Episcopi causam cognoscant. Sic ex decreto
Capuani Concilii, Bonosi, & Flauiani iudices constituti fuisse Theophilus,
& Anthus.

XXXVI. Quid autem facturus fuisse an non Innocentius, non magni
interest, quū constet, quid Africani fecerint. Sed tamen negamus quicquam
derogatū fuisse sedi Apostolicae. Nihil enim derogatur, quem prohibetur, q
iure vndeque fuisse concessum, sed quorūdam in consideratum præsum
ptione usurpatum. Itaq; potius secute Innocentius eius Concilii acta confir
mate, id est, suo assensu ratā habere. Quanquam id epistola, non de omnib
us actis agatur, sed tantum de decretis ad eius Pelagium: nec enim eius
Concilii Patres in literis ei aliud quicquam communicasse leguntur.

C. A. P. III.

De impostura Episcopi Romani in Concilio Carthagi
nensti sexto.

I. Non licere vndeque appellare ad Romanum pontificem, illustre est
testimonium Patrum Africanorum in Concilio Carthag. 6. cuius
ita habet historia: Cœlestium primo Episcopum, deinde & Apiarium pres
byterum Patres Africani damnauerant. Vt eiq; ad Romanum profectus, ob
tinet sui restitucionem. Sed in Cœlestio quidem iam Romanus expertus erat
non faciles Africanos. Itaq; Zozimus cum Apiaro mittit legatos; qui & eu
restituendum curarent: quod quidē strenue conati sunt, adeo vt de eorum
importunitate Patres conquetti sint: & præterea obtinereunt, vt ne posthac
tam se difficiles præberent Africani admittendis iis qui à Romano restitue
bantur: sed potius cognoscerent ius esse vndiq; appellandi ad eam sedem. Vt
persuaderet, profert Synodi Nicæna duos Canones, ea de re. Tum Patres
mitari in ea Synodo quicquam definitum, q; ipsos tandem fugisserat. Consulūt
exemplaria canonum, quæ ab ipsa Synodo in Africam Ceccilianus attulerat.
Nihil tale copierunt. Quid agant? Nā tenet eos reuidentia Episcopi Roma
ni: nec putant de nihilo esse, p tam confidenter Synodum nominarer. Huc
eunt, vt è Græcia postulent sibi verissima exemplaria mitti. Interim moritur
Zozimus: succedit Bonifacius: scribunt, q; res erat, se in nulla Synodo inde
ire definitū, vt vndiq; licet appellari Romanum: misericordie ergo in Græcia: & inter
ca, vt non licet ap
pellare.

Tom. II.

ea obtineraturos, ac passuros sic appellari, donec certi quid competitum
habeant de iis canonibus. Motitut Bonifacius: postquam sedis annos
quinque: succedit Cœlestinus. Tandem Constantinopolis & Alexandria ad
feruntur *et hanc loca verissima exemplaria: in quibus nihil magis inue
niuntur à Zozimo laudati canones*.

II. Itaque iudicatu: Cathagini generale Concilium, fit decretum, uel li
ceat appellare: & scribitur ad Cœlestinus. Præfato debito salutationis officio, im
pendio deprecamur. vt deinceps ad vestras aures hinc uenientes non facile ad
mittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem ultra velutis excipere:
quia hoc etiam Nicæna Concilium facile aduertit venerabilitas tua: nam etis de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaveneri; quanto magis
hoc de Episcopis voluit obseruari: ne in sua prouincia communione suspensi à tua
sanctitate vel festinante & præpropere, vel indebito videantur communioni
restitui. Presbyterorum quoq; & sequentium clericorum improba refugia (sicu
rit digni est) repellat Sanctitas tua: quia nulla & Patrum definitione hoc Eccle
sia derogatum est Africana. & de cœpta Nicæna sine inferioris gradus clericos,
sive ipsos Episcopos, suis metropolitanis aperiissime commisserunt. Prudentissime
enim iustissime, viderunt, quecumq; negotia in suis locis ubi orta sunt finien
da, nec vnicuiq; prouincia gratiam Sancti Spiritus defuturam, quia equitas &
Christi Sacerdotibus, & prudenter videatur, & constantissime teneatur: maxi
me, quia vnicuiq; concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad Conci
lia sua prouincia, veletiam uniuersale Concilium prouocare. Hæc tum Afri
cani Patres, post causam diligentissime diutissimeq; tractata: & postquam
satis testatum reliquerint inter loquitorio illo suo decreto, quō permette
bant Zozimi comonitorum, Romanum appellari, se adeo propriæ liberta
tis amore non tenet, vt non parati essent subiungere se ea in re Romanæ sedi:
si ita competiretur Nicæna definitum. Quo magis cōstat Romani audaciam
pontificis, non leuiter, non ex præiudicio, non ex inuidia oppugnatam; sed
maturo iudicio damnata, nec slariaque constantia cohibitam. Sed enim
si non licuit Africanis appellare Romanam, illud etiam certum, non licuisse
vndeque ad eam sedem prouocare.

III. Immaie! quā crucem Papistis nostris fixerit hæc sincera bono
rū Patrum Constantia: inter quos magni viri Aurélius Carthaginensis, & Au
gustinus Hippomensis fuisse. Itaq; quas non rimas quærunt? quid non mo
luntur? quid non audent, vt tanto tantæ autoritatis pondus elevent? Vix est,
vt se contineant intrā mentis non emotę terminos. Stapletonus in Relectio
ne principiorum controversiā j. q. 7. breuiter. Fusius Bellarminus, c. 25. se
cundi de Pontifice: Sandecius de visibil Monarchia li. 7. Baronis tom. 5. anno
quadringentesimo decimo hono. Coffetus respōsione ad Mysterium Ini
quitatis, in Zozimo, Bonifacio & Cœlestino. Longa disputatio: sed gemi
natum qua Romanus p̄petram agit: tum qua Africæ rite decernunt.

IV. In priore geminum caput. Vnum. Si iure diuino Romanus Episcopus
est iudex Ecclesiæ totius, quare Zozimus, tum quā maxime ea res in iudicū
vocabatur, nō ex iure diuino, sed ex autoritate Conciliorū appellationes ad
suam sedē confirmare intūnturi? Alterū, si hoc ipsum est ab autoritate legit
ima Concilii Nicæni, cur nominati Canones Nicæni, qui tamen non erant?
V. Bellarminus respondet, iure diuino ad Romanum semper appellari po
tuisse: tamē an expedit, ea potestate vti, & in omnib. locis, dubitatum: nec
sine causa fuisse. Ratio dubitandi: si paſſim omnibus concedatur appellatio,
multi effugient legitima iudicia: immerito vexabūtur Episcopi, qui primo
iudicarunt: & causæ alioqui faciles in longum tēpus protraheantur. Contra si
nulli, dabunt occasio particularibus Episcopis, vt facile & temere iudicent:
tyranice populos opprimata neenon vi existimant se nullum habere su
periorum, nulliq; rationem esse reddituros. Itaq; Zozimus Concilium Nicæ
num proferebat, vt probaret, non quidem posse ab omnibus appellari, sed
potius expedire. Ac Africani contra putabant non expedire Ecclesiæ suæ.

VI. Fādā imposturam! Primo ridicule sumitūr pro concessione, licuisse
jure appellare ad Romanum: idq; certum fuisse Africam. Quod ab eius Sy
nodi actis non habuit profecto. A se si habet, quis dubitet falso? Deinde,
illud, Virum expedire vti hoc iure sophisticum. Vel nō generaliter. vt negatio
sit nunquam expedire, nullique Ecclesiæ, vel contrariū, tum temporis ex
pedire, & Ecclesiæ tauctum Africam. Prior modo, concedimus controversi
eum statum fuisse inter Africanos & Romanos. Sed is status, omnino idē
est cuin altero de iure. Nam peride est si dicat, nunquā expedit Christianis,
vel nunquam expedit Africanis appellare ad Romanum, ac si dicat, non li
cer. At altero modo, concedimus diuersas quidē esse quæstiones, an li
cer, & an expedit: sed negamus huius fuisse statum controvērsia Africam. Fa
tor actū specialiter de Africanis appellationibus: quia fuerat ea thesīs pro
posita à Zozimo, tum autem Concilium erat particulare, quod suā tantum
prouincia prouidere poterat, & nihil obstat, quod minus quod ius est gene
rale, id particulariter applicetur. Denique nostro arguento, hoc sufficit:
Nam si ex Africa non licet ita appellare, ergo non est Africæ summus iudex
Romanus: itaque non Oecumenicus.

VII. Negari autem vndeque expedire, aut quod idem est, omnino li
cer ab Africa Romanum appellare, argumenta ostendunt, quæ non intūntur cir
cumstantia vlla loci aut temporis, sed generaliter concludunt. Primū ab au
toritate Nicæni Concilij. At hoc nihil specialiter de Africa, aut vlla tempore
definierat, sed generaliter, non esse ab aliis excommunicatos, ab aliis in cō
munionem admittendos. Secundo, omnia negotia in locis vnde orta, fini
enda. Nota in locis vnde orta: nimirum non tantū in Africa; sed etiam in Æ
gypto, in Asia, in Thracia, alibi. Tertio, non tantum Africa, sed tie quidem
vlla prouincia defuturam gratiam Sancti Spiritus. Quarto, non posse trans
marinum iudicium esse fatum, ob defectum personarum necessariarum, vi
delicet accusatorum & testium. At hæ personæ non tantum ex Africa, sed
tie quidem ex multis aliis prouinciis Roman poterant proficisci. Quinto,
etum fumosum seculi fastum *καὶ πολὺ τὸ πόσιον*, non esse inuenendum in Eccl
esiā (nota, non in Ecclesiā Africam, sed in Eccl. Africam) quæ lucem sim
plicitatis, & humilitatis diem Deum videre cōspicentibus præfert.

VIII. Quid plura? Eas dubitandi rationes, quas quasi vtrinq; Bellar
minus enumerat, nunq; protulit, nunquam notit antiquitas, sed recens inuen
tione quidē iudicē: tantū abest, vt iis vlos sit aut Zozimus, qui postulabat,
veliceret appellare: aut Africani, qui noluerunt. Imo vero rationes non sunt.
Nā nec appellationes anfam præbēt effugiendi legitima iudicia: nec eo mo
do vexari poterant Episcopi primi iudices, quod ipsa experientia docet quo
bbb 2 tidae

tidie: & præstaret causas longum tempus produci, quam iniusta iudicia non retractari. Deinde si non essent ex causa: fuitiles, generaliter omnes appellations auferrent, non tantum ad Romanum: quum tamen antiquitas, & diserte hoc ipsum Concilium, agnoverit appellari posse ad Concilia: impugnauerit autem duntaxat: appellations ad Romanum.

X. Non probauit igitur Zozimus iure diuino Romanum esse iudicem summum Ecclesiarum. Diuino autem dico? Quid quod, ne humano quidem? Nam si iure humano essent appellations ad Romanum concessæ ex omnibus orbis prouinciis, oportuit id probari tabulis autheticis. At id non factum. Sed ex inopia eorum, ad improbum, imo impium artificium cœfugere oportuit Zozimum: nempe ut clementeretur Concilij Nicæni autoritatem, non corrigentibus eam falsitatē Bonifacio, & Cœlestino, quantumuis admonitis. Nā in Concilio Africano Legati Romani protulerunt Cōmonitoriorum sui Papæ; in quo erat scriptum, Nicænam Synodus ius appellationum concessisse Romano Pontifici. Quod falsum esse suspiciunt primi sunt Patres Africani: quia nihil huiusmodi compreserint in suis exemplaribus, deinceps etiam compreverunt, acceptis Alexandria & Constantinopoli verissimis exemplari.

X. Hoc vero falsi crimen grauissimum, vel omnino amoliri, vel extenuare saltem aduersari serio conatur. Amoliuntur quidem hac ratione Bellarminus dicit ignorantia deceptos esse Patres Africanos quim dixerint, in nulla Patrum definitione, & in nulla Synodo se inuenire eos Canones: ex quo appetat, non habuisse Canones Sardenses.

XI. Solutio. Primo non respondet, nam etsi ignorauerint Africani Concilium Sardicense: tamen non sequitur Zozimum non ementitum esse Concilium Nicænum, quod nanquam esset factum; si aliud sui iuris tabulas authenticas proferre potuerit. In quo tam crassum est peccatum, ut etiam si non id reprehendissent Africani, tamen nos possimus hodie & reprehendere, & detestari. Quid enim? Nonne ipsi Papistæ sibi permittunt ignorantiae accusare eos Africanos, qui id dicentes in nulla Synodo definitum: etsi tum neq; Zozimus, aut Bonifacius, aut Cœlestinus, neq; eorum legati contra contendenter, tantum quia hodie eos canones legunt in Sardicensi Concilio? Cur nos ergo minus etiam hodie, & arguamus, & detestemur Zozimi auctoritate desperatam, quia gesta Nicæna videmus, legimus? Quid ergo? Scilicet hoc agit Bellarminus, ut crimen alio deriuat, & quū nos Zozimum impudentiae arguimus, ille Afrorum traducat ignorantiam. Hoc est, dum nos Papæ caput conterimus, ille Africanum pungant calcaneū. Atqui potuit uterque peccare? Sed Zozimus sine dubio longe scelerior: & venia indignior. Deinde sic intelligenda Africorum verba sunt, ut nō vniuersa Concilia comprehendant, aut omnes Patrum definitions, sed quibus Ecclesiæ cunctæ, atq; adeo omnes Ecclesiæ tenerentur. Nam particularium Synodorum Canones, eos tantum ligant, qui consenserunt. Itaq; sensus est, nullo in Concilio definitum esse, ut ex Africa Romanum appelleretur. Atq; adeo Epistolæ ad Cœlestinum verba, Nulla Patrum definitione Ecclesia Africana hoc derogatum fuisse ut presbyteris & clericis ipsimet iudicarent.

XII. Rursus negat Bellarminus Canones missos Alexandria & Constantinopoli, fuisse omnes Nicænos: ac proinde probabile hos, quos, Zozimus citauit, re vera in eo Concilio fuisse. Baronius re etiam exaggerat: & Romanos codices, fuisse lōge maioris fidei. Nam Africanam Ecclesiæ multa passim esse à Donatistis, qui cum Arianis fœdus inierant: & Ecclesiæ Orientales plurimos annos magnis fluctibus iactatas fuisse, Arianis Episcopis præsidentibus, pulsisque Catholicis. Addit Bellarminus, & Stapletonus, alias multis canones citatos à variis authoribus.

XIII. Sed hæc frustra. Nam, aut nihil vñquam certo cognosci potuit in illa Synodo, aut in hac cognitū est, hos Zozimi canones, non esse Nicænos. Nam quid quælo defuit ad plenam perfectamq; cognitionē? Zozimus cōmonitoriorum misit. Cum primum lectum, statim reclamatum. Nec tamē statim decreatum. Dubitandi ratio legis infausta, id est, parti postulantisq; presentib; statutæ legatio Constanțopolim, Alexandriam, & Antiochiam: presentibus, inq;: imo vero ē intercedentibus. Nam instabant, ut ne quisquā eo mitteatur, sed in Romam: ut ea de re ipse Romanus Pontifex solus statueret. Satis caute: sed nō satis candide. Itaq; pergunt Patres: & rem differūt: moritur Zozimus: succedit Bonifacius annis quinq;: hūc excipit Cœlestinus: itaq; anni septē fuerunt ampliationis, aut paulo minus. Canonū Nicænorum exemplari habebant Carthaginenses allatum à Cœciliano, qui ei Concilio intererat: alterū mittitur à Cyrillo Alexandrino: tertium ab Attico Constantinop.

XIV. Observa: primo tres Episcopos Romanos, quorum valde intererat, nunquam tamen suæ assertionis vñlum argumentum, vel minimum protulisse. Nota secundo, tamen sincera fide vñlos Africanos, ut cum Zozimo, eiusq; successoribus incuberent probatio suorum Canonum: ipsi tamen & sumptus & laboreis, in se ipsos admiserint. Nota tertio, tria exemplaria ex variis longissimeq; distictis orbis regionibus inter se conspirare. Vult ratio justitiae animæ, vult Verbum Dei, duobus, tribusve testibus confirmari quodlibet negotium. Quid igitur amplius postulant? Non enim conjectura est: sed testimonium: & non solitarius testis: sed tres testes: iique non ē vulgo: sed locupletissimi, & quidem alter (si Papistæ credimus) le gatus à latere.

XV. Et exemplaria Romana, maioris erunt fidei? Quo iure? quo priuilegio? Proditor ergo Cœcilianus, qui ē Concilio redux, falsa pro veris acta retulerit? Sceleratissimus Atticus, qui rogatus ut auctoritas vñvñs mitteret: misit depravatus: & misit cum hac attestatione: καὶ ἡσάεις τοῖς Νικαιαῖς δόθηται μετρίαν αὐτὸν καὶ ἀλογήν, sicut Nicæa à sanctis Patrib; constituti sunt, nulla parte mutilati. Desideratissimus Cyillus, qui rogatus mittere ut auctoritas, misit mendacissima? Credant Romanenses: quando illis solemne, pre: illo suo Vejoue, omnia nō contempnere tñ, sed etiam similitudo ferat, diris omnibus deuouere. Sed vere Catholicis alia mens. Nā, quid mihi Arianos, quid Donatistas obganniant? Quid canones alios? At nos alias satisfecimus? Quid? q; conspirat etiā Romana Ecclesia? Nam apud Gratianum, Stephanus Papa, testatur viginti tñ Canones Nicænos in Eccl. Romana conservatos: ut mitram è historicos. Sed hæc Sophistæ pro nihil habent. Et suo, vi putant, iure, quibus nihil placet: nisi quod Romanus Papa ructauerit. Bonam mentem.

XVI. Sed bene est: fatetur tandem Bellarminus, hos Canones fuisse non Nicænos, sed Sardenses. Itaque proximus labor est in extenuando criminem. Et primo, nihil à Zozimo actum per impostoram. Ratio Stapletoni: quia non probatur ab eo ipso eum canonem confitum, & quidem dolo magno Baronij: quia fouebat optimam causam; neque quicquam alieni juris

vñlpore conabatur: sed quo omnes prædecessores eius absque villa contraversia potiti essent. Sanderi, quia alii Patres inueniuntur citare alios Canones tanquam Nicænos, qui tamen falsatores non appellantur.

XVII. Quænam igitur tandem impostura esse potest, si hæc non est? Actio est solennis: vt pote in Concilio: & sacra, vt pote Ecclesiastica: negotiū maximū momentū. Probatio falsa. Quis igitur Zozimum conatum fuisse imponere Africani impositurū etiam fuisse, si credulos, ac faciles inuenister? At non confixit hunc ipse Canonem. Quid tum: et finxit fuisse Nicænum, qui erat Sardicensis: id est Oecumenicam Synodus supposuit pro particulari. In quo magnum momentum est. Sciebat enim Zozimus, absque villa contraversia admittendos Nicænos canones: non item Sardicenses. Quod Patres Africani satis docuerent, qui lecto commonitorio, atque in eo nomine Nicæno, etsi fraudem subolerunt, tamen protestati sunt se ita faētuos salua diligentiori inquisitione.

XVIII. Quis autem dolo malo factum negare potest, qui rei gestæ históriam non iugoret? Primum, quū Africani attoniti, quod eos canones non inuenirent in suis exemplaribus, quæ habebant à Cœciliano viro pio, decernent legationē Constantinopolim, & Alexandriam, bis intercesserunt legati Romani. Hæc ipsa ad sanctum & beatum Papam nostrum scribere dignissimi: ut & ipse integrōs canones inquirens cuī vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit enim, ut sicut vesti a sanctis apud se traxit, ita & ipse ex se ipso inquirat, ne contentio inter Ecclesiæ nati videatur: sed magis charitate fraterna deliberare possit: ipso rescribente, quid melius obseruari debat. Potuit ne hæc intercessio aliunde proficisci, quam ex metu, ne, falsitate comperta, ipsi re infecta redirent, vnde venerant? Imo cuius æquitatis iudicium est, quū volunt Africanos pendere à judicio Zozimi, cuius fraus subolebat? Deinde annos lex, aut amplius hæc causa agitata est. Quis credat, si nō fuit malitiosa peccatum, & fuit potius *μη προνοεῖν αὐτοὶ επινοεῖν*, tanto tempore non potuisse corrigi? Maxime, quim res ageretur non arcana: sed publice, præsentibus legatis, qui ipsi suis oculis videbant eos Canones non legi in codicibus Africani: tum vivente Bonifacio, cui id ipsum literis erat significatum. Quæ malum hæc fanta erat, tamque supina negligētia horum Pontificum, vt, quæ prædecessor peccarat, ne admoniti quidem dignarentur emendare?

XIX. Sumit, non probat Baronius eam fuisse optimam causam. Imo que hæc audacia est, asserere eo appellationum iure semper vñsum Romanū Pontificem: & quidem absque contraversia? Quid? malum! nulla: ne hæc erat contraversia, quam Cyprianus Cornelium co nomine reprehenderet? Cum Stephani sententiam negaret in Hispania vñlius esse momentū? Quum Iuliu Orientales negarent debere decernere de iis, quos ipsi remouebant ab Ecclesiæ? Aut cur nos Baronio credamus potius, quam Aurelio, quam Augustino, quam reliquis, negantibus id iuriū vñquam fuisse?

XX. Quod ad eos attinet, quos Sanderus dicit, citasse quosdam canones tanquam Nicænos, primum exempla à nobis considerata sunt singula in precedente libro. Deinde facilius excusari possunt, quam Romanisti pontifices: primo, quia id in priuatis scriptis factum, non in actione solenni: non in Synodo: deinde, quia verisimile est, eos, si admoniti essent, fuisse retractaturos: quum isti contra omnia.

XXI. Bellarminus aliter. Sibi enim admodum probabile videri Concilium Nicænum, & Sardicense pro uno & eodē habita fuisse, & vñrisq; canones simul coniunctos in Bibliotheca Romana. Ratio. Quoniam in Concilio Nicæno à Dionysio ante mille annos conuerso ex Græco, quod exstat in monasterio sancti Vedasti Atrebatis, habentur simul, tanquam eiusdem Concilij canones omnes Concilij Sardicensis. Et quoniam aliqui non potest reddi ratio, cur Sardicense Concilium non numeretur inter vñiueralia: in quibus secundo loco esse deberet. Denique, quia iidem Patres magna ex parte vtrique Concilio interfuerint: & nihil noui, quoad fidem Sardicæ definitum.

XXII. Respondeo, nullam hic verisimilitudinem esse: non enim minus differt à Nicæno Sardicense, quam Antiochenum. Itaque, si nunquam Antiochenum confunditur cum Nicæno: ne Sardicense quidem. Propterea omnes autores cum Theologi, cum Historici, diligenter distinguunt. Neque in Bibliotheca Romana magnum est momentum: primo id Bellarminus à se ipso comminiscitur: nec est probabile: nam Vitus & Vincentius Nicæna exemplaria detulerant: sua item Sardica Archidamus & Philoxenus. Erant ergo distincta. Deinde, cur Bibliothecæ Romanae non opponeremus Comstantinopolitanam, & Alexandrinam?

XXIII. Rationes autem Bellarmianæ faciles sunt refutatu. Nam codex ille Atrebatenis, testis est in cognitus: imo ne testis quidem: quia id totum testimonium penderet ex Bellarmini fide. Et Dionysio illi, cur non opponamus Atticum Constantinopolitanum, Cyillum Alexandrinum, dentique Carthaginenses? Aut quid tum, si luſit alius falsarius? an proinde impostura nō est impostura? Quid? quod contra testimonium habemus ipsius Dionisi Exigu? Qui epistola ad Stephanum, quæ præfatio est versionis Cœciliorum, diferte testatur se primo vertisse Canones centum sexaginta quinque, nimurum Apostolicos, Nicænos, aliorumq; Conciliorum, vñq; ad Chalcedonensem. Et ne quid, inquit, prætere nota vñstra credar velle subtrahere, statuta quoq; Sardicensis Concilij, atq; Africani, quæ Latinè sunt edita, suis à nobis numeris cernuntur esse distincta. Ergo, inquam, non vñlo contextu cōtinuauerat Concilia Nicænum & Sardicense. Sardicense autem non fuisse Oecumenicum alias probauimus. Sed cosdem Patres interfuerint: primo absurdum, quia paucissimi Orientales adfuere, illi ducenti octoginta: isti, septuaginta lex, numerante Binio: quum Nicænis subscriptionibus vñ Hofū video, Hispanum, Vitum & Vincentium Romanos, Marcum Calabrum, Cœcilianum Carthaginensem, Nicænum Dymensem Gallum. Deinde non verum: appareat ex collatione subscriptentium, qui habentur in Concilio Nicæno, & apud Athanasium Apologia 2. Tertio inutile est, etiam si verum esset. Nam cum in Trullo conuenient post annos, aliquot idem, qui ante in sexto Oecumenico, neque de fide quicquam noui decreuerint, tamen pertinaciter negant aduersarij idem esse Concilium: interque eos precepit Baronius. In re tam simili, cur tam dissimile iudicium? Nempe interest Romæ, ut Sardicense habeatur Oecumenicum: interest Romæ, ut Trullenense non sit Oecumenicum. Hæc vna regula discriminis.

XXIV. Rursus aliter: non interesse vñrum nominetur: quum vñrisque æqua sit authoritas. Itaque non esse maiorem errorem, quam quum Matthæus

LIBER DECIMVS QVARTVS, CAP. IV.

293

Mathæus citatur pro Ioanne, vel Hieremias pro Zacharia, ut apud Mattheum fallarium appellare, quia idem Spiritus in Hieremia & Zacharia loquutus est: ita nec Zozimus.

XXV. Imo negamus esse eandem authoritatem Oecumenici & particularis Concilij: negamus unquam Sardicense agnitum pro Oecumenico. Itaq; non est exemplum simile Matthei. Nam vere Canonica, id est, divina autoritas in Hieremia & Zacharia: ut pili non interficit vtrum nomines. Itaq; *εφάλημα* tantum *μυηρονικό*, possit obseruare: præterea nihil, quod quidem sit magni momenti: ut raccam non constare vtrum id Matthæi sit peccatum, an vero scribarum: quum omnino dubitate nemo possit quin Zozimus vere alterum pro altero nominauerit.

XXVI. Sanderus: Poterat fieri, ut Patres antiqui hoc in more habuerint, ut quicquid ab villa Synodo antiqua, quæ cū Nicæna consentiret, statutum aut ybiq; receptum fuerat, id Nicæna Synodi canonē appellarent. Et rufus: forte in vtrah; olim ita fuit constitutum. At ego vicissim diuinās: fieri potuit ut Sanderus, grauissima febri perculsus, ita somniant. Nam ita plerumq; solent paſtici doctores. Sed fieri vicissim potest: ut somnia Catholici ne cuiet. Illud certe vere sotniū, consentiēda statuta Sardice & Nicæae de appellationibus: quanquam credet, qui sexū Canonem Nicænum expenderit: ut nos alias.

XXVII. Sed audiamus nouum cōmentum Saderi: ex his verbis Faustini legati: In iūsta nobis sunt à sede Apostolica aliquatrac̄āda de Nicæna canonib;. ut cōseruentur & constitutio erit, & consuetudo: quia aliqua ordine & canone tenentur: aliqua consuetudine firmata sunt. Faustinus igitur, non tantum cōstitutionum, sed etiā consuetudinis apud Nicæam approbatæ mentionē facit. Atqui consuetudo erat, ut appellaretur ad Romanum. Igitur hæc appellationes approbatæ sunt apud Nicæam: nimirū per hęc verba *της ζωής την οργήν*: Antiquæ consuetudines obseruentur. Itaque, hac consuetudinis autoritate, Faustinus ab omni vicio falsitatis Zozimum immunem declarat.

XXVIII. Sed hæc primū frusta dicuntur. Quia Faustinus non cōtinuit se intra hæc ita generaliter concepta: verba, *Canonū*, & consuetudinis: sed ex Commonitorio suo ipsissima verba Canonum finxit recitare. Itaq; suas illas appellationes, nō cōsuetudinis esse volebat int̄ligi: sed canonis. Quod ramen erat impudenter confitū. Falsarius igitur Zozimus. Præterea, quis non vider Sanderum ipsum etiā imposturam facere? Nam cerne Patres Nicæni, non vniuersaliter omnes probarunt consuetudines Ecclesiariū: ne p̄cipuarunt quidem: sed hanc duntaxat quę Romano *τελείωσις*, sic *τελείωσις* tribueret in sua prouincia: itemq; Alexandrino, Antiochenoq; in suis. Est autem infinita audacia, quum ita concluditur, Hæc consuetudo probatur: ergo omnes. Tertio, si consuetudo esset, non vero Canon citatus: cur nō admoniti Patres Carthaginenses: aut à legis p̄sentibus, cum viderent legationem decerni Constantinopolim, & Alexandriam, aut ab Episcopis Romanis: Denique falsum, ante Concilium Nicænum inualuisse consuetudinem appellandi ad Romanum ex qualibet orbis parte: qua de realia disputatum.

C A P. IV.

De iure decreti in Concilio Cartaginensi.

I. Atque hæc tenus de facto Episcopi Romani. Nunc de ipso Africanorum decreto. Stapletonus diserte temere fecisse pronunciavit, tū quia causa allegata non erat satis iusta: tū quia à maiorum suorum obedientia recebant. Nam paucis ante annis Stephanus Archiepiscopus Numidie, & alij Africani ad Damasum scripsierant, neminē Episcopum, quantumuis disiunctum, nisi consulto Romano Episcopo, damnari debere: omnesq; grauiores causas ad illius sedem referendas. At paucis post, sub Eulalio Carthaginensi, Romanae sedi reconciliati sunt, à schismate, quod pepererat ista contentio: unde Bonifacius merito scriptit, *Africanos Episcopos, instigante Diabolo, contra Romanam Ecclesiam sub Aurelio, superbire cepisse*.

II. Sic solent hi: v. r. in nobis exagitandis tantopere antiquitatis veneracionem commendare, hoc vero iuris sibi permittere, ut pro arbitrio, eius gesta probent, vel improbent. Venia forte non indigni. si id sibi non arrogarent solis. Sed vt reliquos omnes pecudum loco habeant, hoc vero intolerabile. Sed temere factum. quis dicat, id, quod tanta, totq; annorum consideratio ne statutum est? Nimirum temerarios illos non alij appellant, quam qui suam imposturam detectam dolent. Et iidem nullam appellant imposturam: qua tamen si quis v̄sus esset contra Romanam tyranidem, nulla satis essent tragœdia ad exaginandum. Ita enim fieri amat, ut nemo in alios sit durior, quam qui sibi omnia indulget.

III. Discessisse istos Africanos a suis patribus, falsum: nunquam enim Afric appellationes istas tolerabant, quod vel ex Cypriano clarum: atq; etiam proxime ex historia Celestij. & Apiani. Stephani autē illa Epistola est supposititia: quod vel stylus indicat. Vocat se Stephanus *Archiepiscopum Concilij Mauritanie*, phrasii proflus inaudita. Damasum, *summum omnium pontificem*, eadem aff. statione. Ad extrellum, *Vospastorē bonum*: qui solēcismus, quis ignorat, quā ætate redoleat? Decreta nominat, qua nunquam fuerunt: mentitur nunquam licuisse aliquem Episcopum decicere de suo gradu, in consulta Romano. Reconciliatos fuisse Romanę sedi Afris sub Eulalio, mera fabula: quam prolixè refutat Baronius ad annum quatercentesimum decimum nonum, §. 92. & seqq.

IV. Sed & Africanorum rationes audet refutare. Illud de excōunicatis, apud alios non recipiendis, ex 5. Canone Nicæno, intelligendū de inferiori clero, non de Episcopis: & de alienis diocēsibus, non de Episcopo Romano. Illud de legatis à latere mitendis, nulla Synodo definitū, falso dici: quia Sardicensis Synodus ita constituerat. Fumosum autē typhum seculi, falsi fundamentalis niti: nempe prioribus rationibus: itaque temere esse prolatum.

V. Sed in primo patres præuerterant Stapletoni sophistiken. Nā fatebant illi quidem Canonem loqui de inferiore clero: sed argumento à minori, idem concludendum de Episcopis. Nam et si de inferioribus clericis vellac̄ū videatur ibi præcaueri, quanto magis hoc de Episcopo voluit præcaueri? De alienis autem diocēsibus fateor accipiendo, sed Romanus inde excipitur importune: nam ille suam habebat etiam diocēsia, ut reliqui, quod alias docimur. Legatos à latere negarunt permisitos ab villa Synodo, cuius fuerit vībique rata autoritas: & recte. Nam Sardicensis non fuit huiusmodi. Fumosum typhum seculi, melius poterant illi patres agnoscere, qui non tan procul distabant à prima simplicitate, quam hodierni papistæ: quibus semper

Tom. II.

oculos perstringit tyrannidis Romanæ *μεγαλεύνει*. Itaque, ne ægre ferat Stapletonus, si nō nos maiorem fidem deframus.

VI. Alij sunt Stapletono modic̄tiores eiga Africanos, quos tam *εγνώντας* damnare non audent; sed in sui seculi homines insolentissimi: quos tam faciles putant *δεῖ ποιεῖσθαι*, ut sperent persuadendos ab Africanis longe aliter decretum, ac verba sonant. Primo Sanderus oblique. Quia n. Africani una voce omnes responderunt sc̄ seruatores, quod in Nicæno Concilio cōstitutum esset. Est autem idem, sive in Nicæno, sive in alio, quod Nicæo par sit, aliquid decebat: Et Sardicensis par fuit Nicæno: atque in eo decretum, ut appelletur ad Romanum: Ergo hi Patres hac mente fuerunt, ut concederent Episcopo Romano judicium appellationum, & facultatem mittendi presbyterum èlātere.

VII. Sed hoc vere est *εγνώντας λαζαπίζει*. Imo mera insanía contra experientiam rationib. præg. are. Constat omnū manifestissime ex disertis verbis Africanos noluisse Romanam appellari, noluisse inde mitti legatum à latere. Ergo quicquid cōtra disputatur, necessario sophisti cōst̄ est: etiam si nullo alio argumento refutari posset quam enventu. Sed reexamens quoq; ratio cinetem. Quisquis concedit, quæ Nicæae decreta sunt, concedet etiā, quicquid in alio Cōcilio æquali decretum: s. Primo, hoc axioma docuerunt ipsi Romani non esse necesse: Nam et si paria sunt Nicæno Constantinopolitanum, & Chaledonense: tamen Romani, qui omnia sese præficerunt Nicæna acta probare, adduci non poterant, ut probarent decretum de prærogativa Cōstantinopolitani. Sed pergamini tamen. Arqui Sardicensis par fuit Nicæno: & in Sardicensi appellationes decretæ. Imo, inquit, hac ignorauat: hæc nō crediderunt Africani: quorum hæc est testificatio, *Nulla patrum definitione, hoc Ecclesia derogatum est Africane*. Nimirū assūnit Sanderus, quæ ipse sibi fixit: ut remeticatis suā p̄cas sūmū ab Afris. Ego contra, & rectius. Africani admisisti erant omnia decretū in Synodo, cuius par esset autoritas Nicæna. At id decretū non fuit Synodi illius, cuius esset par autoitatis cū Nicæna: ergo id decretū non fuit Synodi illius, cuius esset par autoitatis cū Nicæna.

VIII. Sed Augustinus (inquit Sanderus) in eo Concilio voluit ē de minoribus clericis ad Pontificis Romani arbitrium referti. Probatur, *Faustinus Episcopus, legatus Ecclesie Romane, dixit: Ad sanctū & venerabilem Ecclesiam Romana Boni faciū, vestra scribere dignetas*, ut *& ipse, quod sanctus Augustinus sanctuere dignatus est, deliberare possit: utrumnam & hoc concedendum sit, an reticendum, hoc est, de appellationibus inferioris gradus*.

IX. Imo Sanderus suo more imponit suis lectoribus. Nihil n. proponebatur ab Episcopo Romano de appellationibus minorum graduum: erat. n. tertium Cōmonitorij caput, de tractandis Presbyterorum & Diaconorum causis apud finitimos Episcopos, de quo quin recitaretur canon Sardicensis, Augustinus dixit. Et hoc nos seruatores profitemur, salua diligētiori inquisitione Nicæni Concilij. Quibus verbis, nihil omuno defertur judicio Romani Episcopi Atq; adeo Faustini verba falsata sunt Latine. Nam Græcē, *νέα καὶ αὐτος, ὁ οἰκτινός Αὐγούστους εὐρέσθαι τοις διανοίᾳ της εἰσηγήσεως: ut & ipse, Romanus, γετιανος* Augustinus definire dignauit, est, utrumq; considerare possit. Hoc autem significat, ut vtrumq; caput, scilicet, tum hoc de presbyteris, tum illud de appellationibus Episcoporum, Romanus considerare possit: quandoquidem & Augustinus de illo censuit inquirendam veritatem. Omino Faustini verba sic intelligenda, nisi malis m. cōtitū in referenda Augustini sententia.

X. Baronius negat prohibere appellationes ad Romanam sedem: sed tātum admonere Romanum, ne, vt aiūt, facilius quam par est, nec festinato, vel præpropere, aut indebitē agat: nam matrum quidem expoſunt iudicium, non autem recusant. Et hoc probat exemplo Antonij Fussalensis, qui ab Africanis condemnatus, eo ipso tempore, quo hæc controvērsia agitabatur, appellauit ad Bonifacium, ut constet ex Epistola Augustini ducentesima sexagesima prima, à Louaniensibus edita. Quid igitur? Perspicue certe est (inquit) de modo prosequenda appellationis obortum esse dissidiū: non autem de iure. Probat. Quia si de iure, ergo citandus erat à Zozimo quartus & quintus Canon Sardicensis, at citatur leptimus, non de iure, sed de prosequenda appellationis modo, vel per literas Romanis scribentis ad Episcopos initim regionis, ut de causa cogoscant, vel legatis à latere missis in Africam. Patres autē in literis ad Celestinium priorē modum acceptant, qui est per literas: sed ægre ferunt, vel Romæ iudicium fieri, vel legatos mitti.

XI. Verū sta facile refelluntur, vel ex sola lectione Actorum, & eius Epistolæ ad Celestinium: quæ ostēdēnt hæc omnia inuita Minerua fuisse cōquita. Et p. i. quidem ut constet, quid superflageundum, agnoscit vere Baronius, noluisse Africanos, aut Romanum euocari villam caufam, aut inde mitti legatos in Africam. Superest ergo tantum considerandū, an permiserint prosequitionem illam per literas: quod si ne hanc quidem admirerint, nihil est, credo, iam causæ, quominus fateatur funditus sublatam appellationē. Nam sine prosequitione, opinor, appellatio esset inutilis: & nullus appareret prosequitionis modus, præter hos tres: vt vel Romæ iudicium fiat; vel in Africa; & si in Africa, vel per literas, vel per legatos.

XII. Ego igitur de literis negotiū eadem opera confitū esse dico, cum reliquis. Primo: non enim excipitur v̄lo loco aut Actoū, aut Epistolæ. Debet autē excipi diserte: ne Baronius hodie videtur comminisci de suo. Deinde, quoniam hæc per literas prosequitur continetur illidē canonibus, cū reliquis: qui canones ob eam causam rei ciuntur, quod falso dicantur Nicæni: & cum iis etiā exhibentur, tum translatio iudicij Romanū s̄q; tum missio legatorū: certe necesse est eadem ratione, eademq; opera non acceptari literas. Neq; enim eas Nicæni patres magis decreuerunt, quā reliqua. Tertio, nullius appellationis illi mentionē faciunt, quam ad Synodus particula rem: indeq; ad vñiūalem: ergo omiserunt istam per literas prosequendā. Maxime, inquit, quia vñiūiq; concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia sua prouincia; & veletiam vñiūale Concilium prouocare.

XIII. Quid tum autē, si peccauit Zozimus citando? Aut quid si astute peccauit? vt videretur tanquam indubitatū supponere ius appellādi: quod alij plurimi eiusdem sedis auct̄sites vel fecerunt, vel fecisse figurunt? Nam quid constitutum sit in Africano Concilio debemus, non ex Zozimi commonitorio discere, sed ex actis obseruare. Quemadmodum autem vulpis omnibus signillatim pilis, ipsa tota cāda equina consumit: sic reiectis omnibus prosequutionis modis ipsa appellatio omnino reprobatur.

XIV. Antonij autem Fussalensis causa incidit in Bonifacij tempus, qui

bbB 3

Zozim.

Zozimo successit, cui adhuc in viuis Africani scripserant, se permissuros ius illud appellationum, tantisper dum è Græcia aduenissent authentica Canorum exemplaria. Quid igitur mirum, eo tempore, & appellasse & eratissimum hominem (nam & id notandum, ex Africa nullum virum) non legi Romam accusuisse & Bonifacium appellationem admisisse, & Augustinum non restituisse? Itaq; nihil erat, quo exclamaret Baronius, ô miram Dei prouidentiam! Quanquam nos eam quidem in hoc ipso facto libenter agnoscimus prouidentiam: vtpore, quum non tantum ex falsatione Actorum Nicenorum audaciam Romanam deprehendere Africanis datum est: sed etiam quum viderentur paulo faciliores, & nimis leuiter commoti, tum fastu Romano, tū augusto nemine Niceno, tam pene dixerim inconsiderate suo juri tantū non renunciasse, ipso experimento cause Autonij illius, ac Apriarij certissime moniti fuerint, quāta illis ingrueret moles tyrranidis, à qua eadē populi inciperent timere, quē ab infenissimis hostibus: id n. Augst. queritur.

X V. Itaq; quum sic loquuntur, non facilius admittatis: & vetant festina-
to, pro propero, in debito restitu' excommunicatos: non is sensus est quē singit
Baroniūs: abusus ē peccato interpretis Latini, qui facilius dixit, pro facile
~~objec̄tū~~. Non, inquā, volunt, vt admittat quidē, sed cum difficultate, appellantes. Sed ne se tam facilem præbeat, vt vllum admittat. Malunt n. pro sua
modestia, quæ antea peccata erant in hoc genere, nimiae facilitati imputare,
q̄ immodicæ ambitioni. Similiter significant non posse ab eo admitti excō-
municatos in Africa, absq; nota nimiè festinationis, immaturiq; judicij: hoc
est, si posthac admittat, futurum, vt oēs videant Afris Episcopis longe gra-
vius solidisq; esse judicium. Præcesserat enim, Nec à nobis excommunicatos
in communionem ultra velut recipere: id est, omnino ne recipite. Itaq; non
moderationē optant; sed omnino appellationes respuunt. Et sane si moder-
ationē tantum optassent, quid erat opus tam longa cognitione? Quasi non id
ipsum ius naturale dicit: aut quasi velipse Romanus denegare aulus esset.

C A P. V.

De appellatioibns ab Episcopo Romano.

I. **S**appellari potuit ab Episcopi Romani iudicio; ergo is non fuit Occupatus menicus Pontifex. At verum prius. Ergo & posterius. Consequētia patet per se. Nam summus iudex ita pronunciat, ut non patiatur suam sententiam ab aliis retractari. Et quidē multo facilius tolerent ad se non appellari, quam abs se. Nam ēt re vera in singulariis monarchiis, ita distributi sunt magistratus; ut in quibusdā casibus ne à minoribus quidē liceat appellare: à summis autem nunquam itaque patiuntur reges ad se non appellari. Sed qui passus sit à se appellari ad alium, is vero nemo vñquam fuit.

panus sit à te appellari autem, s' vero nemo in qua sit.
II. Antecedens probatur: quia Donatus à Cäfis tigris appellatur à Melchiade Romano; ac fuit secundo iudicatus ab Arelateni Episcopo: vnde rursus provocans, iudicatur ab Imperatore. Historiam multis locis Augustinus citat, sed fuisse exsequitur epistola centesima sexagesima secunda ad Donatas. Itē Optatus Milevitanus 1. libro: & Baronius tom. 3. anno trecentesimo decimo tertio; ac seqq. Habet se autē in hunc modum: Donatus apud Imperatorem Constantimum accusat Cæcilianū Carthaginensem Episcopum, multis obiectis criminibus. Imperator, iam tum Christianus (vnde appetet mentiri eos qui sub Sylvestro dicunt conuersum ab Idolatria) noluit reī in palatio iudicari sed Episcopali iudicio finiri: itaq; delegavit iudices, Melchiadem, Rhet. cum, Maternum, Marinum. Hi Romanum conueniunt, Donatum damnant, Cæcilianum absoluunt. Huic sententiæ Donatus non acquieuit: appellavit Imperatorem. Imp. congregari iubet magnam Syodium Arelate: ibi q; causam retractari. Rursus cadit causa Donatus, vincit Cæcilianus. Tertio appellatur ad Imperatorem: quo postq; ventum, vtraq; parte assistente, innocens fuit Cæcilianus iudicatus, ciusq; accusatores superati. Et manserūt illi quidē in eadē peruersitate: sed nullo tñ iudicio deinceps experiri sūt ausi.

III quide in eadē peruenit: sed hunc tñ iudicis deinceps exp̄m̄ rūsum.
III. Hinc notanda sunt ista: primo, appellatū esse à iudicio Episcopi Romanī, & q̄e ac à iudicio Synodo Arelatensis. Secundo: de Romani iudicio iudicatū fuisse à Synodo Arelatensi: non contra. Vnde sit meridie liquidius, nō esse suo iure summum judicē Episcop. Romanum. Tertio: de legatum fuisse ab Imperatore Melchiādem: q̄ quis dubitet argumentum esse, quo proberet Melchiades obnoxius fuisse mandatis Imperatoris? Imo conficitur ēt hanc eius ordinariam prouinciam non fuisse; nimirum vt iudicaret Cæcilianum Africanum: nam si fuisse, non fuisse opus delegatione Imperatoria. Quartto: additos Melchiadi fuisse collegas in eo iudicio, qui coll. ḡ erant in Episcopatu. Et hos quidē ab ipso Imperatore sigillatim designatos, euocatosq;. Quare non est ex Melchiadis arbitrio cauta illa acta. Quæ omnia si Ocumenicū Pontificem non exuerunt, age, negemus solem meridie lucere.

IV. Bellarminus tamen, & Sanderus, contra nituntur. Baronium quidem ego miratus sum, sui esse penitus oblitum. Nam qui solet alias omnia verte in utilitatem Episcopi Romani, plerumque etiam immutata veritate: ac certe si quid paulo dutius occurrat, prolixam apologiam texere: hic non tantum historiam recitatuit, satis bene: sed etiam quasi nihil officaret autoritati Romanorum apologia abstinuit. Vnde obseruauit dictum ~~as ex mego~~ quomodo solet ille sepiissime, non quasi ex professo disputare: sed leuissima inclinatione totam historiae faciem immutare. Quod nisi aduertat Lector attentus, mirabitur se subito in aavia abductum procul a veritate. Hoc igitur artificium obseruare iuvat, & detegere. Narrat Optatus primo iudices ab Imperatore Donatistis datos, Maternum ex Agrippina ciuitate: Rheticum ex Augustoduno: Marinum Arelatensem. Melchiades omittitur. Hinc Baronio subtilitatis occasio. In fide rudens adhuc Constantinum, iudiciorum Ecclesiasticorum rationem ignorasse: itaque tres illos iudices elegisse. Verum postea, sentientem ex diuinæ legis præscripto absque primaria sedis antistite, nefas esse cognosci, causam detulisse ad Melchiadem: qui, præsentibus illis tribus aliusque comprouincialibus, causam cognoscere. Id autem si roges unde habeat indicabit Epistolam Imperatoris ad Melchiadem.

V. Mitto, quod Imperatorem dicat iudicem in fide, in qua tamen institutus erat à prima aetate, à matre Helena: duo certe deinceps mendacia non debent omitti. Vnum, à diuina lege se Constantinū dicere didicisse, absq; primaria sedis Episcopō id est, Romano, ueritas esse causam cognosci. Nam hoc nunquā Constantinus aut dixit, aut indicauit: neq; in Epistola ad Melchiadēm quicquam legitur huiusmodi. Quin videte hominis ridiculam calliditatem. Legit in ea Epistola ad hunc modum. *Vt ibi corā vobie, & Rhe-*

ticio etiam, & Materno, & Marino, Collegis vestris, quos ea de causa Romam trans-
turare iussim, possit audiri, sicut sanctissima Dei lex (ut nos isti) postulat. Nec
in tota epistola diuina lex nominatur, praeter hunc locum, adeo ut necesse
sit, haec eum verba habuisse in animo: Quia tamen Graece paulo aliter leges
apud Eusebium libro 10. historiarum c. 5. in eis est, quae non scripturam admodum sequuntur.
Pentheus, καὶ Ματρίου, καὶ Μακίνη τοῦ κολάζου ιπέων, εἰς τὰ τεκνά εἰς τὸ πο-
μπλον τοῦ θεοῦ ιπιστόντων, δυνάνθη αὐτούς λιών. οὐδὲν καταγράφει τοῦ σεβασμού
τοῦ νέον αἰμότελον. Ut illic, vobis praesertim, sed & Rheticio, & Materno, &
Marino Collegis vestris, quos propterea Romanam iussi properare, possit audiri, pro-
ut cōperietis venerandissima legi congruere. Porro, quis tam cœcus est, veni
videat primo, nihil agi de primaria sedis antistitite, nisi quomodo de aliis;
Deinde, illud de lege, referri non ad id quod statuit Imperator apud se de
legendis iudicibus: sed ad id officium quo lecti iudices perfunduntur erant;
nimisimum, ut non temere, neque secundum Imperatorias legis iudicarent;
sed secundum diuinam. Haec vero ad prærogatiuam Romanæ sedis trans-
ferre, ridicula est impudentia.

VI. Alterum mendacium: quum vult constitutum à Cōstantino vt Melchiades præsentibus reliquis catas cognosceret: quasi iudicis partes proprie fuerint Melchiadi: reliquis tantum nominatis, vt ei assisterent: quomodo solent nonnunquam iudices sibi consiliarios & ~~Degritas~~ adscire. At Constantini verba Iesus habet: ut possit, præsentibus vult, & Rheticio, & Materno, & Marino, collegis vestris audiri. Ergo nullū locum Melchiadi assignat, quem non reliqui. Imo reliqui dicere eius collegæ appellantur. Et apud Augustinum iudicante Melchiade, tunc Romanae urbi Episcopo, cum collegis suis. Itaque præsentia tribuitur non tribus, sed cum iis Romano. Ut facile quilibet videat, illud præsentibus, idem esse ac coram, vt apud Russum & Christophorsonum: qua phrasis de iudicibus vulgo usurpatur. Itaque nullus dubitet, a quo iure, eademque autoritate cum Melchiade, iudices constitutos esse Rheticium, Materium, & Marinum.

VII. Sed Bellarminus ad quatuor nostras obseruationes, sigillatim respondet, capite vigesimoquarto secundi de Pontifice. Ad primam & secundam. Post Pontificem Romanum Arrelatensem iudicasse, & post hunc ipsum Imperatorem, non quia oportebat, ut ibidem Augustinus ait, sed ut omnino obstrueretur os Donatistarum. Imo Imperator, veniam petitus ab Episcopis, ait Augustinus, causam inuitus cognovit.

VIII. Verum quod ~~me~~ est. Loquitur enim Augustinus, nō de iurisdictione, de qua nobis nūc quæstio est, sed de causæ evidentiā. Negat igitur necesse fuisse appellare: quia prima statim cognitione, satis abūde & cognita causa, & iudicata erat. Et id Augustinum in animo habuisse probō: primo, quod æque postea negat fuisse necesse eādem causam cognoscī post Arelatensem iudicium: non ergo, quod appellati non posset: nam ne aduersarii quidem hoc dicant. Praterea, constat ex eadem Epistola Augustinum credidisse, licere appellare ab Episcopi Romani iudicio. Sunt enim hæc eius verba. *Ecce putemus illos Episcopos, qui Romæ iudicarunt, non bonos iudices fuisse: restabat adhuc plenarium Ecclesiæ uniuersæ Conciliū, ubi etiam cū spissi iudicib. causa posset agitari: ut si male iudicasse cōiecti esēt, eorū sūrētia solueretur.*

IX. Porro, quod eam causam inuitus Imp. cognovit; his verbis Augustinus exprimit *Iudices Ecclesiasticos tant & autoritatis Episcopos, quorum iudicio & Caciliani innocentia, & eorum improbitas declarata est, non apud alios collegas, sed apud Imperatorē accusare ausi sunt, quod male iudicarint. Dedit illi aliud Arelatense iudicium, aliorum scil. Episcoporum, non quia iam necesse erat, sed eorum peruersitatibus cedens, & omni modo cupiens tantam peruersitatem cohibere. Neq; enim ausus est Christianus Imperator, sic eorum tumultuosas, & fallaces querelas suscipere, ut de iudicio Episcoporum, qui Roma federant, ipse indicaret: sed alios, ut dixi, Episcopos dedit: à quib; tamen ad illum ipsum rursum Imp. pronocare maluerūt. Quia in re illos quemadmodū dñe letet, audiatis. Atq; utinam, salie ipsius iudicio insanissimis animositatib; suis finem posuissent, atq; ut eis ipse cessit, ut de illa causa post Episcopos iudicaret, à sanctis antistitibus poskea veniam petiturus, dum tamen illi & uterius dicerent, non haberent si eius sententia non obtemperarent, ad quē ipsi pronocauerunt, sic & illi aliquando cederent veritati. Hactenus August. Obserua. Primo, id in Donatistis reprehēdi: q; Romanum iudicium accusare ausi sint non apud Collegas, id est, alios Episcopos: sed apud Imperatorē. Ergo censere Augustinum in eo peccasse, quod ad Imper. appellarent. At si appellassent ad alios Episcopos, non fuissent peccatores. Secundo, agre tulisse Imperatorem sibi iudicandum esse de causa, post iudicium secundum Arelate factum. Itaq; nihil hoc ad Romanum Episcopum: de cuius iudicio iam cognitum erat Arelate. Deniq; id certum, agre tulisse Constantimum, quod appellaretur à iudiciis Ecclesiasticis ad secularia. Quod etiam sāpius inculcatur in Epistola ad Episcopos Catholicos, quam descriptit Baronius §. 31. anni trecentesimi decimi tertii. Meum iudicium postulant, qui ipse iudicium Christi exspecto. Perquirunt secula-
ria, relinquentes celestia.*

X. Quanquam videtur hic Baronius suū aliquid passus, vt, quod dicebā, leui inclinatione, peruerteret historiā. Nam has Imp. literas recenset statim post iudicium Romæ habitum: quum videatur commodior locus post Arelatensem Synodū. Primo, ex Augustini autoritate: qui tū dixit eos illum detestatum esse: alludens sine dubio ad illa: *O rabida furoris audacia!* & reliquias quis acriter admodū Donatistæ agitantur. Dixit et cessisse illis, vt post Episcopos iudicaret, petiturus veniam: dum tamen illi, q̄ vltius dicerent, non haberent. Quo hæc Constantini pertinere videntur. Evidē frates carissimi, licet hæc in ipsis videantur deprehēsa, nihilominus vos, qui Dominis salvatoris sequimini viam, patientiā adhibete, data his adhuc optione, quid puritate diligendū: ac si eos in iis dñe videritis perseverare, protinus cū his, quos Dominus dignos cultu suo indicauit, proficiamini. Et redite ad proprias sedes, meiq̄ mentore, ut mei Salvator noster semper misereatur. Vbi et ipſa clientia domi eundi, q̄ bene conueniat Synodo Arelatensi magna, quis non videt Denique hæc et leguntur. Carterū direxi meos homines, qui eosdem infandos deceptores religionis protinus ad comitatum meum perducant, ut ibi degant, ibi fibi morte pri... videant. Atqui, post Romanum iudicium, non Donatistas, sed Cecilianū in comitatorem tantum aliquandiu ipse Baronius obseruavit. Itaq; verisimile est, post Arelatensem Synodum, audit a pellatione, Imperatorem qui decerneret vltimo iudicare, appellantes apud se deuinuisse. Nam quod Optati autoritatem Baronius sequitur, eam exclamationem, *O rabida furoris audacia*, recitantis post Romanum iudicium: non est magui momentum.

L I B E R D E C I M V S Q V A R T V S . C A P VI

29

XI. Carterum ad tertiam nostram observari.

XI. Carterum ad tertiam nostram obseruationem Bellarminus regerit Pontificem Romanum non iudicasse, nisi tum quum Imperator iniunxit quia Donatistæ, causam illam non detulerant ad eum primo, ut debebant sed ad Imperatorem. In quo eos male fecisse docuit Augustinus, dixique Constantiūm longe ordinatus egisse, qui causam ad se delataim non solum iudicare, sed eam ad Pontificem miserit.

XII. Rursus non satis sit argumento. Nam et si primo causa fuisset de-
lata ad Imperatorem, tamen si Melchiades esset Oecumenicus, hoc est, non
tantum summus iudex omnium Ecclesiasticarum controversiarum, sed et
iam maior ipso Imperatore, quod vitrumque tandem usurparunt impuden-
tissimi successores, nec debuisset, nec potuisset delegari. Delegatum tamen
constat: ergo & non Oecumenicum. Deinde; illud, ut debebant, quo signifi-
catur debuisse Donatum deferre causam ad Melchiadem, micrum est Bel-
larmini commentum: in ea autem historia nullum habet fundamentum.
Denique falsum, ab Augustino propterea reprehendi Donatistas, quod non
retulissent ad Romanum: sed dum taxat, quod appellasset ab Episcopali iu-
dicio ad Imperatorem, falsum item, causam ab Imperatore remissam ac-
cum Pontificem, sed verum, ad Episcopos.

XIII. Ad quartam obseruationem responderet, Pontificem permisisse se cum sedere alios ab Imperatore assignatos, ut satis fieret Donatistis, quibus Romanus Pontifex suspectus erat.

XIV. Permisisse autem? Certe, inquam. Nam & reliqui, Reticius, Maternus, Marinus permisérunt Melchiadēm secum sedere. Nempe si ~~magistrorum~~
~~grātias~~ dicas eos id permittere fieri, quod iubentur ipsi facere. Certe collega Imperator eadem nominauit opera, qua Melchiadēm: atque etiam antequam Melchiadēm certiorem faceret, ut constat ex Imperatoris Epistola. Deinde, unde habuit Melchiadēm Donatistis fuisse suspectū? Nam apud Optatum, aut Augustinum, ne tenue quidem vestigium. Baronius tantum indicat, post istud iudicium, ei à Donatistis negotium faciliſſimum. Denude, suspectus fuisse, cur non omnino abstinuit à iudicio? Nam ita solet. Et forte ea causa non interfuit Silvester Arelatensi Synodo. Mitto, quod vulgariter, summum iudicem non posse reeſusari. Sed hæc videlicet leuiuscule*ia* coacti sunt inquirere, quibus solidiora desunt.

XV. Sandero nihil inquam audaciis. Tanta est hominis confidentia, ut speret vel è pumice aquam. Sie, tantum abest, ut ex hac historia minus agnoscat autoritatem Episcopi Romani summam, ut contra potius valde confirmari contendat. Sed ut scias quanta fide nobiscum agat, dissimula omnia quæ sequuta sunt post Melchiadis iudicium: id est, præcipuam eius gestæ rei pattem. Egregie! sic enim, atque haud ter oportuit Oecumenicum Pontificem defendi. Primo igitur, iudicium à Melchiade clausum asserit, his verbis, *Cacilianum sua communioni Ecclesiastica & integro statu retinendum merito esse censeo.*

XVI. Respondeo, clausum esse à Melchiade iudicium illud primum, quo primo causa est cognita: at non ita terminatum, ut postea de eodem negotio non quæreretur aut iudicaretur. Propterea Augustinus (à quo so-philinatis occasionem Sanderus videtur sumpsisse) non simpliciter vltimam eam sententiam appellauit (geminam enim postea sequuntur descri-
bit) sed Melchiadis vltimam. *Qualis*, inquit, *ipsius Melchiadis vltima est pro-
lata sententia?* Significans vltimum actum eius iudicij, cui Melchiades præ-
fuit, non autem totius negotij postremam sententiam.

XVII. Rursus notat Augustinum conferre & præferre octodecim Episcopos cum Melchiade ledentes, aliis Septuaginta Episcopis, qui Cæcilinum absensem temere damnauerant. Verum locus est ab eo truncatus. Conferte nunc istam paucitatem, cum illa multitudine Episcoporum, neque numerum numero, sed pondus ponderi comparate: hinc modestiam, inde temeritatem, hinc vigilantiam, inde cæcitatem. Hic nec mansuetudo integritatem corruptit, nec integritas mansuetudini repugnat, ibi autem & furore timor regebatur, & timore furor incitabatur. Hæc Augustinus. Et quis iam non sentiat mentitur Sanderum, scribentem Episcopos Episcopis prælatos? Nam iudicium iudicio potius prælatum est: quod fieri solet, quoties suffragia non numerantur, sed ponderantur. Et quid ad summam autoritatem Romanam, si modestia paucorum, multorum temeritati præfertur? si vigilantia cæcitat?

XVII. Terrio obseruat, Melchiadem paratum fuisse cæteris Episcopis Africæ communicatorias literas mirtere: camq; benignitatē ab Augustino ita laudari, vreum virum optimum, & filium Christianæ pacis, patremque Christianæ plebis appelleret. Atqui literas communicatorias à quibuslibet Episcopis dari, quis nescit? Ipse Augustinus eadem illa Epistola statim initio, scribere se quidem fatetur ad Donatistas, verum non communicatorias literas. Vnde, hoc ipsum Melchiadi videtur tribui, non tanquam soli, sed taquam præfidi, sicut ipsa sententia dicitur fuisse Melchiadis, et si non esset illus index. Non igitur solus Melchiades communicatorias obtulit, sed omnes illi octodecim, pronunciante ramen Melchiade, tanquam præfide.

XIX. Itaque vana sunt quæ subiicit Sanderus, interrogans, non iam disputans. Nonne tam Melchiades, quam Augustinus contestatur in Romanis Pontificis manu positum esse, ut Donatistæ non haberentur amplius Schismatici? Poterat ne alius quispiam in orbe terrarum Episcopus, communicatorias literas illis mittendo, eisdem in Ecclesiæ corpus colligere? In eo vero, inquit, si quicquam conatus esset citius seipsum in illorum tchismate impleri, non posset.

XX. Respondeo: Romanus tum cogitor sedebat eius cause, nō ex iure Pontificatus Romani, vt neq; alij, ex iure sui quisq; Episcopatus, sed quatenus ab Imperatore delegatus erat iudex. Itaq; has Cōmunicatorias Melchianas quum pollicebatur, non priuato id agebat, sed communi coll. garum iudicium consilio ac nomine. Itaque, si quid in manu erat cuiusquam, id in manu erat omnium, nō vnius Melchiadis. Deinde, vt non habeant Schismatis, id non peperadit a iudicibus, sed ab ipsis Donatistis. A iudicibus tandem, quatenus Donatistum p̄nentiam poterant admittere, atque alii significare, quod quilibet iudex Ecclesiasticus poterat. Imo quilibet Episcopus. Quis enim ignorat ius omnibus datam potestatem ligandi, soluendi? Quis ignorat varios esse constitutos canones de recipiendis rum hereticis, tum schismaticis venientibus ad Ecclesiam, - cum in Svaodo Nicæ-

cæna, tum in aliis? Atque ut scias, Africani Patres, in Concilio habito per Consulatum Flauiti Stiliconis, eam receptionem ita describunt. Ad Ecclesiæm Dei Catholicam per universum mundum diffusam, ordine antiquo posse manus impositionem recepti sunt. En tibi, quod quilibet Episcopus poterat non tantum Romanus. Quod si igitur quilibet admittere poterat ad unitatem Catholice per totum mundum Ecclesiæ: cur non & communicatorias dare? Nam ex signum erant communio nis sive continuate fuisse reliqui.

XXI. Quarto obseruat, Angustinum dixisse, Cæcilianum potuisse non curare conspirantem multitudinem inimicorum, quem se videret, & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus, & cæteris terris, unde Euangeliū ad ipsam Africam venit, per communica-torias literas esse coniunctum. Et unde, inquit, hæc libertas Cæciliā tri-
buta, ut posset septuaginta Episcopos Africæ, hoc est, prouincia sua non curare, modo cum Ecclesia Romana, & cum cæteris Episcopis in Romani pontificis communione permanentibus communicaret? nisi quia Romanus Pontifex propius est cum Cathaginensi Episcopo coniunctus, quam ipsi Africæ & Numidæ Episcopi erant? Etenim, si ad originem præsidendi aspicimus caput, pedibus est vicinius, quam femur, & tibia: nam caput ægris pedibus contulere, atque medicinam facere potest, tibia vero & femur non item.

XII. Respondeo: primo addi Augustino, quæ apud illum sunt Quum enim Romano addidit cæteras terras, id est, cæteros orbis Episcopos (neque enim repugna im Sandero sic interpretanti) non subiunxit illud, *In Romanorum Episcopi communione permanentes*: sed Sanderus commodum sibi ex cogitauit: quasi puluerem, quo iniecto in lectorum oculos, aciem turbaret. Et quælo, quam ille poterit mihi rationem reddere, cur sic potius interpretetur, Romanus Episcopus, & cæteri in eius communione perseuerantes, quam ego hoc modo, Romanus Episcopus, & cæteri, in quorum communione is perseuerat? Nam vtrumque æque additum est Augustino; eademque necessitate, hoc est, nulla. Quod si causam dicat, Capitis dignitatem, quam adscribit Romano: cui membra oportet coniungi: ego contra, qui *totum corpus* tueor, & tyrannidem impugno, dixero, membrum debe re censerri in communione corporis totius: non corpus totum in communione membra. Atque ita sic vterque tuebitur se ex præiudicio caussæ.

XIII. Ceterum, securitas Cæciliani non erat ab autoritate Romani Pontificis solius, sed à maximo numero Episcoporum Catholicorum, quibuscum communione coniunctus erat: quibus septuaginta illi Africani, bullo modo erant sive numero, sive pondere comparandi. Nota autem Romano ceteros addi ab Augustino; pati iure: nempe, ut eadem ratione ceteris communione coniunctus Cæcilianus intelligatur, qua Romano.

XIV. Illud autem quam puerile: Romanum propius Carthaginensi coniunctum, quam reliquos septuaginta! Aut illud quis dixit vñquam, caput esse vicinus pedibus, quam tibias, & femora? Hoc inquam, quis audiuit, à quo quam probatum? Sed ita ludunt Sophistæ, ita omnia miscent, vertunt, pervertunt. Et quorū Origo præsidendi? Nam eam sane Augustinus nec nominat, nec indicat. Porro; Carthaginensi dicuntur communione sociati non Romanus solus, sed etiam reliqui terrarum Episcopi. Quid igitur? Placet-ne Sandero, ut dicamus cæteros illos Episcopos, quoad originem præsidendi propius coniunctos Carthaginifi, quam Afros? Proberne hoc inquam? Nam nos quidem probate non possumus, quod istos à Romano separet: quia ius nullum autoritatem ve haber, eos in hoc sermone separare, quos bonus ille pater coniunxit. Freuiter hoc Augustinus voluit, plus Cæciliano sperandum fuisse præsidij in communione omnium extra Africani Episcoporum, quorum vnu est Romanus, magni nominis, quam damni metuendum à schismate septuaginta Africanorum.

C A P I T V I

De Convocatione Conciliorum

I. **S**IEPiscopus Romanus fuisset Oecumenicus Pontifex, ergo conuocata essent eius autoritate ac mandato omnia Cōcilia. At hoc falsum: ergo & illud. Necesitas consequentiæ patet: quia Monarcha in sua Monarchia, nullos contentus patitur, absq; sua autoritate conuocatos: conuocantur enim, ob publica negotia, quibus tum ipse prouidere debet: tum nemo aliud, eo nō conscio, imp̄ iubens: si.

II. Assumptum autem probatur ex historia Ecclesiastica. Duplicis enim generis quum essent Concilia, Merica, & Occumenica illa, quae in singulis prouinciis: ista, quae ex orbe vniuerso: certu est Merica ab Episcopo Roma nonnulla conuocata, nisi in sua prouincia: Oecumenica autem omnino nulla: nisi post Imperii diminutionem, & Antichristi confirmationem.

III. Ac de Mericis quidem conuenire testatur Bellarminus, Diocesana ab Episcopo: Provincia ab Archiepiscopo Nationalia à Patriarcha vel Primate cōuocari debere. Et sane ita videtur, saltē ex quo Nicæz, non tantū iussum est singulis annis binas Synodos conuocari, sed etiam penes Metropolitanum esse rōxv̄egs eorum qua gerentur. Verumtamen eius cōsuetudinis exempla nulla diserta compensi, præter Romanam, & Africam. Nam Romæ quidem coacta esse multa Concilia, conuocante eius verbis Episcopo; nemo ignorat. Saltem, si vera omnia sunt qua sparsim leguntur, & non interpolata plurima à posteris scriptoribus. In Africa autem iis partibus functos Primates, perspicuum, vel ex Augustini Epistola 217. vbi se dicit tractorias literas accepisse à Victotino. Nam alibi non lego autoritatem Episcopi alicuius conuocantis Sed Imperatoris sēpissime. Apud Eusebium de Vita Constantini libro quarto, c. quadragesimo primo, quum Ægyptia Ecclesie controuersiis quibusdam turbarentur, Imperator Constantinus magnus omni cogitatione & cura in Deum defixa collegit ex omni Ægypto, Africa, Asia, Europa frequentem Episcoporum cœtum. Locus dictus, Tyros. Alexander de Inventione crucis. Οὐαστὸς δικαιοὺς ἡγεμόνης Αὐτοῦ τοιχίου εἰς τὴν ἵρανθια τὸν ἀγίου τόπον, πελάθει εἰς σεβάντας τὸ τοπεῖ συνιδέειν τὸν οὐιώδον. Imperator ad Ecclesiarum dedicationem etiam Athanasium aduocare equum censuit: primumque imperat Tyri Synodum cogi. At ante eum similiter Epiphanius in Melitarianis. De Arelatensi prima ad iudicium de Cæciliano, dictum proximo capite. Theodoretus

historiæ lib. 2. c. 27. Constantius cō Eudoxij accusatoribus impulsus, Seleucia Concilium conuocari mandat. Socrates lib. 2. c. 14. Photinus dogma quoddam, quod ille ipse separatis excogitauerat, palam diuulgare conatur. Et quoniam multus ex hoc oriebatur, Imperator Concilium Episcoporum Syrmij conuocari iubet. Idem libro eodem c. 31. Synodus Seleuciæ Imperatoris edicto conuocatam scripsit. Plurima possunt eiusmodi exempla colligi: quibus constat etiam Synodus non Oecumenicas, ab Imperatoribus fuisse congregatas. Constat enim pri-

I V. Iam de Oecumenicis non dicitur negotium. Constat enim primo nullas fictas, pietas, auditas, visas, sive bullas, sive Epistolas, cuiusmodi postremis hisce seculis fuerunt, & diligenter magnaq; pompa initio Conciliorum praefixa sunt. Ut mirum sit in tam multis aliis suppositiis decretibus, non potuisse vel ab impudentissimis vnicam confiteri. Dicā amplius; nullam in iisdem Conciliis vel Actionem, vel Actionis partem esse, qua constet Epitopi Romani autoritate mandatove conuocationem esse factam. Deum immortalē! quam alte oportuit Patres steriles, qui quod vnum erat suę autoritatis fundamentum, id omittent. Aut quam nauiter hodierni Papæ sunt impudentes, quisum vnicum nomen volunt esse Conciliorum fundamentum.

V. Secundo, constat Imperatores eas conuocasse suis literis, siue mandatis: nullum autem Romanum Episcopum cum tamen contra, his temporibus, soli eas conuocent Pontifices: nulli Imperatores. Tertio: Synodis ipsas semper testatas, se conuocatas autoritate ipsius Imperatoris, nunquam autem Romani Pontificis. Quarto: Romanos Pontifices non semel summis precibus contendisse ab Imperatore eam Synodi conuocationem. Quinto, aliquando, eis sic potentibus, negatam fuisse conuocationem. Denique, & locu& tempus designata esse alquando contra eorum Pontificum voluntatem. Quaz omnia capita manifesta fient ex nuda historiæ consideratione.

V. Primum ergo Oecumenicum Concilium Nicænum fuit. Id vero ab Imperatore Constantino conuocatum, tam notum omnibus; tam veteribus testatum, ut mirum sit quemquam contra hiscere posse. Sed tamen, quia nihil non audent huius infelicissimi seculi sophistæ nati in perniciem Ecclesiæ age solem meridic lucere doceamus. Eusebius, testis oculatus, de vita eius Imperatoris libro 3. c. 6. Deinceps igitur Concilium generale unum in locum cogit: & Episcopos undique per literas honorifice scriptas, ut eo maturarent, acciuit. Consentit Socrates libro 1. c. 5. & Theodoretus libro 1. c. 7. Ipsa eadem Synodus, Epistola ad Ecclesiam Alexandrinam apud Socratrem cap. 6. eiuslibri; & Theodoretum 9. Quoniam gratia Dei, & mandato sanctissimi Imperatoris Constantini, qui nos ex variis ciuitatibus & prouinciis in unum congregauit, magnum & sanctum Concilium Nicanum coactum est. Iste Constantinus Imperator ad eandem Ecclesiam scribens: magnam Episcoporum turbam ad urbem Nicæam accessus: apud Eusebium de eius vitalibii 1. c. 6. Nicetas in Thesauro, libri 5. c. 5. Publico programmate Imperator edixit, ut omnes Episcopi Nicæam Bithynia metropolim conuenirent. Alexander Monachus de Inventione crucis: εἰδέτε αὐτούς τοὺς πόλεις, καὶ τοῖς γενέθλαις οὐκεπιρρίπτωσιν οὐνόδον τὴν Νικαῖαν πόλεαν. Vbi animaduertit malum omni medicina superius esse, Synodus Oecumenicam in urbe Nicæana fieri pracepit. Et hoc Alexandro longe antiquior ac grauior Epiphanius in Arianismis. Οὐ βαπτίσει μετάμετα συνενεγέρθει τῇ εκκλησίᾳ, οὐ τὸ δῆμο πολλὰς εἰς αὐλάς εὔπολες τὴν πόλεμα μεταπολεῖται, συνεργότες οικουμενικὴν σύνοδον τραγοστῶν (sic enim restituimus luxata periodi membra) δέργης εἰς τὰ ἐποκόπτα, οὐδὲ τὴν ὀροπέδιον δέσχεται. Imperator de Ecclesia sollicitus, & quod iam multis apace inter se dissensissent, & secta multa essent, conuocauit universalem Synodus, trecentorum dierum & octo Episcoporum, quorum etiam nomina usque in hunc diem seruantur. Denique ne sim prolixior, nemo vñquam ex iis qui hec postrema tempora præserunt, alter est loquutus.

VII. Nec habent aduersari quod opponant: *Ettamen nolunt obmutescere. Quid igitur? Mentiuntur strenue, quia apud suos impunetum, mendaciis ut rucum faciant, λέξεις δια ἡπορίαν*). Et queso licet mihi paulo fusius Baronij primum strophas percurrere. Is igitur s. 13. anni trecentesimi vigesimi quinti. *Quum interpellato Ariano potissimum causa Siluestro Papa ab Alexandro Episcopo Alexandrino, ab eodem Hosius Cordubensis legatus missus esset in Aezypnum, ac postea in Orientem eodem munere functus, ut qui discesserant populi ab Ecclesia ob causam Paschatis, reuocaret: utroque labore ob repugnantium pertinaciam cassio redditio, opus esse, ad tot tantaque Ecclesia dissidia compenenda, uniuersali Synodo, eidem Romano Ponitifici r̄iijum est: quod & ab eodem Imperatori Constantino rum Roma agenti fuit facile persuasum. Hæc Baronius: quibus persuadere vult in toto Ariano negotio, maxime vero in Concilio Nicæno, primas partes Syluestri fuisse. Artificio minime ferendo: quia impudentissimo. Retexamus quæso singula.*

VIII Ergo Sylvestrum vuln. potissimum ab Alexandro in ea causa interpellatum. At hoc ipsis diuinat: à nullo haber. Veterum. Et quē hæc audacia est: tam libere quidlibet fingeret idq; in historia Ecclesiastica? Nam hoc quidem longe maius quam in profanarū in qua tamen similia commenta ferri nequeant. Hoc vero, quum quæsiui, quo saltē p̄t̄texū ex cogitasset, tum legi §. 50. anni trecentesimi decimi octauī, Liberum scripsisse ad Constantium Imperatorem. Manent litera Alexandri Episcopi olim ad Sylvestrū sancta memoria destinata: quibus significavit ante ordinationem Athanasij, undecim tam presbyteros, quam etiam diaconos, quod Arii heresim se querentur, se Ecclesia eiciere. Tum postea §. 88. Haud par est credere. Sylvestrum Romanum Pontificem, literis (ut diximus) Alexandri de cunctis rebus gestis certiore reditum, quiueisse. En tibi tanti ædificij dignum fundamentum! Scripsit Alexander de his presbyteris, & Diaconis. Ergo Sylvestrum monuit de cunctis rebus gestis circa Arium. Quis admittat? Imo non satis est: admonuit de cunctis rebus gestis: ergo potissimum interpellauit. Hoc vero, quam perfidum! Nam illud quidem poterat tolerari. Sed hoc, fines excedit religiolæ mentis.

IX. Scimus Alexandrum, quum primū Arius cōpīt virus euomere, rem apud se, hoc est, in sua sede tractasse, nullo p̄ē crea admonto Episcopo p̄pter suos. Epiphanius in Meletianis. Postquam deprehendit Arius Alexander conuocatis illico Episcopū ac Synodo, quarebat de fide, & exigebat ab Ario de cōcepta in ipso false opinionis pernicie responsonem. Arius vero non negauit: sed quum p̄ficiat fronte, velut res habebat, ita respondit. Et expellit ipsum Alexander ex Ecclesia: expelliturq; cum ipso magna multitudine. Scimus præterea quum uic sic quidem Arius desisteret, Alexandriū scripsisse ad alios Episcopos. Theodosius lib. i. c. 3. *Alexander Alexandria Episcopus, quum videret Arius ambitionis & in intemsum furore, & eos quos pestifera in Deum blasphem*

*mia irretierat, in unū cogere: conuentus præterea separatis celebrare, eius im-
pian blasphemiam Ecclesiarum præsidibus per Epistolas significauit. Et quidē
earum Epistolarum vnam Theodoretus recenset i integrum: nec eam ad Ro-
manum Episcopum, sed ad Alexandrum Constantinopolitanum. Quis mi-
retur ergo, si ad omnes scriptis Episcopos, scripsisse ad Romanum? Aut quid
hoc maioris haber prærogatiæ, quam quod ad Philogonium Antic hœnū,
Eustathium Berœensem, & alios? Imo quis non miretur, si potissimum Syl-
uester sit interpellatus, eius interpellationis ne tenuissimū quidem vestigia
extare apud veteres illos, quibus omnia pene dixerim explorata, relata fue-
re, & extare tamea corum interpellationes, qui, si credimus Baronio, lru-
erant præ Sylvestro? Certe si coniectui locus, multo probabilior illa, quæ
Alexandrum Constantinopolitanum dixerit præcipue consultum: nou illa
quidem certa fateor, sed longe verisimilior ea quæ Silvestrum dicit, quem
nusquam omnino consultum notauit historia.*

X. Sed haud par est Sylvestrum quieuisse. Admitto: nam ne Constantiopolitanum quidem, aut Antiochenum, aut Berœensem, mihi omnes Baronij persuaserint in vtramq; aurem dormisse. Sed quid igitur egisse? Osius misit legatum in Ægyptum, & in Orientem; ut populos reuocaret in Ecclesiam. Et §. 88. anni trecentesimi decimi octaui. Misit tunc Osius Episcopā Cordubensem Silvester Papā legatum in Orientem, qui primum omnium Constantinum agentem in Bithynia conueniret: cuius quoque auxilio, acceptu ab eo literis, cum illi in Aegyptum proficiens, vel also, ut iopus esset, excitatus per Arium incendium posset extingui. Propodium hominis! Nam quis sine communisendi, fingendi, menticandi, tandem futurus est? Hosius ut legatus fuerit Romani Episcopi? Non dum: nondum ille in captum fastum exierat, ut è collegis suis suos legatos ficeret. Postremo: da testem: vel vnum: & viceris. Sed non potest: itaq; veritatem ad coniecturas: id est, ad meras nugas. {

XI. A quo ergo missum dicemus, virum tanti dominis; legatum ad Imperatorem? & Alexandriam ad Alexandrum? & cum tanta autoritate, vt Synodus habuerit generalem? Atqui nullius legatum agebat Osium apud Imperatorem; sed ei erat gratissimus, vir alioqui magauis, & pater honoris gratia ab Athanasio subinde cognominatus. Hunc Imperator suo proprioque motu misit in Orientem, vt turbas compesceret. Nicephorus lib. 8. c. 12. Eius rei gratia, virum & doctrina insigni preditum, qui quum aliis in rebus praelarius esset, tum in tuenda fidei professione paulo ante magnam sibi gloriam comparasset, quique in maxima apud Imperatorem veneratione & honore praeceperat, nomine Osium, ciuitatis Corduba in Hispania Episcopum, ex omnibus familiaribus suis delectum, cum literis ad eos, qui in Aegypto inter se dissidebant, concilando, & ad concordiam reducendos: & item ad eos, qui in Oriente, Ecclesiis alii jē Paschalis die celebrando non accommodabant, ad consentientes nobiscum ceremonias pertrahendos, misit. Habuit Nicephorus ad Eusebij lib. 2. de vita Constantini c. 62. Socrate lib. 1. c. 4. Sozomeno lib. 1. c. 15. Et miretur Baronius Osij tantam autoritatem, vt Synodus conuocaret? Quasi non & suo nomine, in Ecclesiis magno, & autoritate Imperatoris fretus id potuisse? Auditio Binium in historia Concilij Nicæni: Alexander (nempe Alexandrinus) datum ad Constantinum Imperatorem literis, pium principem etiam auctoritate obtestatus est, vt Ariani incendi flammam, qua plus nimio grassabantur, sua auctoritate restingueretur. Qui missu in Aegyptum Hosio Cordubensi Episcopo, cum res aquissime componere conatus esset.

XII. Sed hæc nup̄p̄z̄s: nunc aut̄ nō p̄p̄z̄r. Visum est Episcopo Romano opus esse Concilio, & persuadet Imperatori. Fabulæ, vt reliqua, & somnia Baroniana. Nam hoc solleme quæro, unde habeat. Nam et si Cardinalis sis, imo si Papa esset, nunquam à me obtineret, nunquam à quoquam sanemētis; vt quidlibet in historia diuinaret. Nemo vñquam dixit apud veteres, primos Concilij cogendi motus fuisse à Siluestro. Eos Epiphanius Alexandrinus tribuit, in Meletianis: Εἰς τὸν Ἀλεξανδρεῖον ἡ αἵρεσις ἀπέιλησε πιεστινούσι, καὶ κινητούσι τὸ μητροπολιτικόν Καισαρεῖαν, συνικεχθεντοῦρας, τὴν Νικαιαν. Idem Alexander sanctus, Alexandria Episcopus, re Christiana curam gerens, & beatum Constantinum commouir, & Synodum in urbe Nicæa conuocauit. Sic vertit Cornarius, non omnia recte sed ne textus quidem Græcus mendo carere videtur: facile restituendus, si legas, cūm nō tñrōdos: cœstæst Synodus. Sed primos illos eius cogendæ motus nemo vñquam tribuit Siluestro præter Baronium, & qui hunc sequuti præcentem in quibus Binius non tantum consilium, sed autoritatem Siluestri tribuit.

XIII. Bellarminus de Conciliis c. 13 lib. i. notat in sexta Synodo, actione 18. legi Constantium & Sylvestri magnam Synodū apud Nicæam congregasse. Et in Pontificali Damasi, cum Siluestri consensu habitum esse in Nicæa Concilium. Et apud Ruffinum historiæ libr. i. c. 1. Constantium ex sententia Sacerdotum Concilium indixisse. Verum sexta illa Synodus, annis post Nicænam trecentus, & quod excurrit, celebrata, non videtur opponenda tanto consensui omnium, qui eam præcesserunt: immo ne comparanda quidem testibus *ad narratus*. Damasi sive Anastasij potius verba, & F. Speci, nihil ad rem. Neque enim dubitem Silvestri consensu conuocaram spodum, ac ne aliorum quidem: Vnde Ruffinus Sacerdotum sententiam dicit, non Sacerdotis. Sed nos de autoritate congregandi differimus. Non est item consequens: si Sylvestri consilio, conueniu, sententia Synodus sit facta etiam congregatam esse eius autoritate.

XIV. Post Nicenam longo tempore nulla celebrata est vere Oecumenica. Nihilominus saepè tentata, ob vehementissimas tempestates, que continuo Ecclesiam concutiebant. Itaque quamuis non succederit, tamen institutum id erat, ut conuocaretur Oecumenica Synodus. Debebat ergo secula Oecumenica autoritas exserere. Quid igitur actum? Auditæ ne Pontificis de inductione Bullæ: Bullæ. Ne nomen quidem. Sardicensis in literis Syndicis, apud Theodoreum lib. 2. c. 8. à quo sit conuocata, ipsa testatur. Divinissimi illi Imperatores, iuuante Dei gratia, nos ex variis prouinciis, & ciuitatibus congregarunt. Et hoc sanctum Concilium Sardica cogi statuerunt. Socrates lib. 2. c. 16. Κρηποτες αυτις ειναι μηδικη συνέδεσ, οις ίμι της Σαρδικών, τοις δι αυτην ιδεαν, γνωμην δι οις βασιλειον. Indicatur iterum Oecumenica Synodus Sardica, (urbis sea est Illyricorum) decreto duorum Imperatorum. Nicephorus lib. 9. c. 1. De duorum Imperatorum istorum sententia statutum, ut utriusque Imperii Episcopi ad aitem certum Sardicam, qua Illyrica ciuitas est, conuenienter. Propterea etiam Romano indi-

XV. Contra tamen Bellarm. Sardicense Conciliū à Iulio Romano indu-
ctō fuisse, pōt intelligi ex Socrate lib. 2. c. 16. vbi Orientales culpā absen-
suē in Iulium conferunt, eo quod nimis angustum tempus præscriptū esset.

XVI. Respondeo, leuissimum esse argumentum. Quid enim ab quin tales

LIBER DECIMVS QVARTVS. CÄP. VI
temporis breuitate, cito scilicet.

29

tales cōquuntur de temporis breuitate, eiusq; in Iulium culpam conser-
vunt, ideo necesse est Iulium indixisse Concilium? Hoc quidem quibus per-
suadeatur argumentis non video. Primum, tam falso potuerunt Orientales
culpam conferre in Iulium, quā falso cōquestos esse de temporis breuitate
idē Socrates docet, & Theodosius. Secundo, potuit alio modo breuitatis
eius causa esse, quam cōnuocando: videlicet instando, vt Imp. ad eam diem
indiceret: quemadmodum Marcianum Leo rogabat, vt in aliud tempus dif-
ficeret: cui si Marcianus obtemperasset, potuisse merito dici Leo causa dilata-
tionis: et si Concilium non cōnuocasset. Deniq; hęc tenuis conjectura: utili-
fortasse, si contra desint certa argumenta. Sed contra multa disertaque testi-
monia, qui tenues conjecturas auctoritat, ut profecto abest à bona mente.

XVII. Paulo post, apud Socratē m. li. 2. c. 2. 9. cō τῇ ἡγεμονίᾳ συντάχθοντες
ποιηταὶ αὐτοκλέουσι, καὶ Φρέδρα πόλεις, οἵ τε Εὐπειρίαν τοὔτην τὸν τριανταφύλλον
τοῦτον γεγονότι λέγεται Βασιλεών τοῦ Μεδιολαντοῦ πόλεις ποιεῖσθαι σύνοδον In Italia con-
gregati sunt Episcopi Orientales haud ita multi. Occidentales vero ultra trecentos. Erat autem mandatum Imperatoris, ut Mediolani fieret Synodus. Iam, cum
haec non successisset, non destitutus tamen Imperator ab incepto: imo εἰρήνη
καὶ εὐεργεσίαν εὐηγέρτευσε. Voluit Oecumenicam Synodum cogere: ut Ori-
entes in Occidenteum perractos, omnes, si posset, in consensum adduceret
Verū, cum consideraret itinerum difficultates, διαρρέοντος τὴν τωνδόν τον
οἰκεῖον, imperauit ut in partes duas Synodus diuideretur, cō Αὐτοκλέῳ πόλει τοῦ Ιτα-
λικοῦ τοῦ πατρινοῦ σωματίου επιστρέψεις, τούτος Ἰεροπόλις Θεοφάνεια
Αριγανδεῖα καὶ Βιθυνία καὶ πατρινοῦ οἰκείασσην. Arimini quidem in Italia, eos, qui
cum aderant, conuenire permisi: eos autem qui in Oriente, per literas iussi cō-
ferre se Nicomediam Bithynia. Iuber ergo Imperator congregari Synodū, &
quidē intra Italiam: ac pene dixerim, tantū non Romam. Mirum, nullam ratio-
nem haberit Oecumenici Pontificis! si quisquam erat. Sed profecto non erat.
XVIII. Deinceps cogitur secundum Concilium Oecumenicum. Cō

XVII. Deinceps cogitatur secundum Concilium Oecumenicum, Cōstantinopolitanum. Sozomenus lib. 7. c. 7. Brevis Concilium Episcoporum sibi consentientium conuocauit, scilicet Imperator Theodosius. Socrates li. 5. c. 8. Imperator, nulla mora interposta, concilium Episcoporum iſiſus fidem amplectentium, conuocat. Nec aliter Nicephorus li. 12. c. 10. Ipsi Episcopi ad eundem Imperatores scribunt, συνιδούτε εἰς τὴν Κωνσταντίολαν καὶ τὸ γεγομένον ἀποδίδετε. Congregati Constantiopolis, iuxta a rescriptum tuae pietatis.

XIX. Interfatur Bellarminus, *Concilia Episcoporum, iussu quidem inter-dum Imperatorum congregatis fuisse, sed in executionem mandati summi Pontificis. Verba sunt ex Responso ad Apologiam pro iuramento fidelitatis. Et hic referuntur Theodoreto, Theodosium non tam id Concilium indixisse, quam literas Damasi, quibus indicebatur, ad Episcopos misisse. Sic enim scribere Episcopos congregatos ad Damatum *Mandato literarum*, superiore anno à vestra reverentia ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum, ad iter dantaxat Constantinopolim usq; faciendum non preparauimus. Ergo Theodosius indixit ex mandato Damasi Extrahitur et apud Theodoreto.*

X. Imo, inquam, Theodoretus diserte assertit Concilium ab Imperatore esse conuocatum, li. 5. c. 7. τὰς δὲ ἵερα μόνης τὸ οἰκεῖον βασιλεῖα τὸ εἰποτες
δέ την Καισαρείαν ποιεῖ συναρτητικήν τοις τοις ἄλλοις. Quotū verborū cum sensum
pertererit Christophorus sonus, ego sic vero, *Hanc ob causam, nimirum quod*
ea pars Imperij quae ad Orientem spectabat, Ariana peste valde laboraret;
hanc, inquam, ob causam Theodosius, proprii sui Imperii duntaxas Episcopos
Constantinopolim conuenire mandauit. Quæ autem citantur à Bellarmino
primo, non pertinent ad hoc Oecumenicum Conciliū: sed ad alterum anno
lequente congregatum ibidē. Sic enim diserte monet Theodoretus, *Sequēti*
estate (inquit) quam plurimi eorum ad eandem urbem denuo regressi (necessaria
enim Ecclesia negotia eos illo reuocauerant) Epistolam à Concilio Episcoporum
in Occidente coactorum accepere. Non erat igitur eadem, quæ prius, conuoca-
tio: non idē numerus. Deinde iis verbis non significatur id, quod censet Bel-
larminus. Apponam Græca: à quibus aliquantulū Christophorus discel-
lit, & Bellarmino imposuit: si tamen imposuit: & non potius Bellarminus, us-
sciens volens, quamlibet ansam arripuit lectores decipiendi: οὐδὲ δράμαν
δύο δέ την Καισαρείαν πολιν, εἰς τὴν πόλιν γραμμάτων τὸν θερέτρος πιού πόλον
μητρόν τοῦ Αὐτοκράτορος, πέρος τὸν θεοφιλέστατον βασιλεῖα Θεοδόσιον εἰπειλέγεται.
Concurrimus Constantinopolim, ex literis anno præterito à reverentia vestra
post Concilium Aquileiense datis ad piissimum Imperatorem Theodosium. Hic
mihi nota: primo, eas literas esse datas à Damaſo: imo non à Damaſo, sed ab
Episcopis Occidentalibus: nā ad eos scribuntur hec literæ Orientalium. Itaq;, si quod mandatum esset, si quæ conuocatio: cur Damaſo soli tribuatur? An
esset, vt in proverbio, *Leonina societas?* Ergo esse datas, nō ad Episcopos, quo-
modo solent tractoriae: sed ad ipsum Imperatorem. In iis portuit lare Imper-
ator rogari, vt alias ſaep, vt Episcopos conuocaret: sed mandatum fuſſe
conuocandi, id vero perſuadeant Sophistæ iis qui visitauit lolio. Secundo,
iuxta eas literas accurritse Constantinopolim eos Episcopos, hoc altero an-
no, cum eo redirent: non cum conuocaretur Oecumenica illa Synodus.
Tertio, peccatum aduecte Christophorsoni, qui illud ēν τῷ γραμμάτῳ, ver-
tit, mandato literarum.

factam esse Cyrilli industria, & Celestini autoritate. Constat etiam ex Eusebio, l. 1 c. 4. & ex epist. Celestini ad Cyrrilum, & ex Photio in libro de septem Synodis, Cyrrilum proiectum esse ad Synodum, ratiocinatum legatum Apostolicae sedis: quod argumentum est certum, eam Synodum, non sine consensu Pontificis coactam esse.

XXIII. Sed quorisum ista? Non enim thesis est, utrum Celestinus consenserit conuocando, aut potius conuocato Concilio. Sed utrum ipsum conuocauit. Nisi forte ita *autem* sunt Papistæ, ut nolint persuaderi, non conuocata Cœcilia à suis Pontificibus: nisi ostendamus non tantum ab Imperatorib[us] conuocata: sed etiam conuocata, inuitis, reluctantibusq[ue] Pontificibus. Cæterum enim in actis notatur Flavianus Philippensis locum tenuisse Rufum Thessalonicensis. Quid- ni ergo similiter dicam, id argumentum certum esse, non sine consentu Rufe Concilium conuocatum? Quid igitur volunt ne ut concludam, conuocatum à Rufe?

XXIV. Sed in Prospero, quanta est imposta? Nō ī dīcē. Tū f

Basso, & Antiocho Consulibus, congregata apud Ephesum plus ducentorum Sacerdotum, Nestorius cum heresi nominis sui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum sibi dogma iuuabant, damnatur. Hic nullū audis Celestini autoritatem. Quid igitur? Vide καρχηδόνα. In ann. 431. hęc Prosper annotauit, *Huic impietati* (Nestorianā intelligit, de cuius origine dixerat) *precipua Cyrrilli Alexandrini Episcopi industria, & Papa Celestini repugnat autoritas.* En Bellarminianam fidem! Atqui, resfiltere improbitati Nestorianæ, non est cōuocare concilium. Nam reftitit etiam Cyrus: qui tamen non conuocauit tantum, vt diximus, rogauit cōuocari, & rogauit ab Imperatore, non à Celestino, cuius locum tenebat. Itaq; obserua, Prosperum cum agit de conuocato Concilio, Celestini autoritatem nullo loco nominare: cum autem nominat autoritatem Celestini, tum non agere de conuocato Concilio.

A A V. Post Epichinum istud Concilium, Eutyches, haud ita multorum annorum intericto spatio, nouas turbas mouet, facessit Catholicis negotiū. Vedit Leo Rom. necessariū esse Conciliū. **Quid igitur ille? Indixitne? Minime vero, et si nō de esset animi elatio, & sedis exaltandę cupiditas. Sed nō indixit. Imo postulat & multis precib. postulat ab Imperatore Quomodo ante eū Liberius scriperat Constantio, Non Athanasiū tantū negotiū, sed multā alia in mediū venerant, propter qua Concilium fieri, manu tuinē tuam fuerit deprecatus. Et iterū, Ad exorandā mansuetudinem tuam, ut beneuolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrē, & coepiscopum mēū sanctum virum Luciferū, cum Pancratio presbytero meo, & Hilario diacono placuit prefici, quos credimus, de clementia tua, ad pacem omnī Ecclesiārū Catholicarū, non difficulter posse Concilium impetrare. In epistola ad Hosium apud Baronium an. 353. §. 19: Qui mecum religiosissimū Imp. Constantiū fuerant deprecati, ut iubarent, sicuti ipsi placuerat dudu, Conciliū Aquileiense congregari. Ergo similiter Leo, non ipse Episcopos coauocat: sed rem defert ad Imperatores, & quantis potest precib. contendit, ut ipse iubeat Concilium fieri. Quanto distans spatio a postremis Pontificib. Romanis, qui neq; ipsi in animum primi inducunt suum conuocandum Concilium: & Imperatores, quibus hanc voluntatem Deus instillat, multis instantissimisq; precibus patiuntur apud se id agere. Et tandem, imo vix tandem, extorquere? Sed ergo Leo Epist. 9. ad Theodosium, Vnde si pietas vestra suggestionē, ac supplicatione nostra dignetur annuere, ut intra Italiam haberī in beatis Episcopale Concilium, cito, auxiliante Deo, poterunt omnia scandalare refecari. Hęc Leonis erat illius, quāto spatio distantis a Paulo tertio, apud quem oportuit Carolum quintum Imperatorem, vel anguiū sudare, ut Tridentinum obtineret? Alfonsus de Castro aduersus hærcies lib. 7. hærci 3. de Gratia, Paulus huius nominis tertius, summus totius Ecclesia Pontifex, procurante Carolo Cesare, huius nominis quinto, generale Concilium congregauit Tridenti. Et rerum vices!**

*XXVI. Leonis suggestionibus, siue precibus, quareis quantum detulerit Imperator Hoc tantum, ut cogereret Concilium. Sed ut in Italia, minime. Indixit enim Ephesi. Ipse Leo epist. 12. ad eundem Theodosium, *Pietas vestra, qua in honorem Dei religiosissima, Catholicam diligit veritatem, apud Ephesum constituit Synodale Concilium.* Nicephorus lib. i. 4. c. 47. Hi ambo, Chrysaphius Eunuchus, & Dioscorus Episcopus, Theodosium permouerunt, ut alteram Ephesi Synodum, qua Eutychetis, & Flauiani causa disceptaret, celebrari iubearat. Et in aetate, qua inscrutatur Concilio Chalcedonensi, actio. 1. Theodosius, & Valentinius ad Diocorum, *Sancimus in unum sanctissimos, & Deo placitos conuenire viros.* Idem ad Elpidium comitem sacri consistorii atque ad Proclum procontulem Asiae, *Secundam hanc in Epheso fieri Synodus sancimus.* Acta ipsa, *Synodo congregata in Epheso Metropoli, preceptione religiosissimorum, & Christianissimorum, Dei amicissimorum, & amantium Christum Imperatorum.* Ex his liquet, quam parum Romano Episcopo liceter in hoc negotio: cum ex duabus petitionis capitibus, nimirum ut indiceretur Concilium, & indiceretur intra Italiam: illud tantum imperatum sit, alterum denegatum, nominata Epheso, immane quanta terrarumque intercedapine discreta ab Italia. Erat enim non tantum extra Italiam, sed ne in Europa quidem, quin potius fere in extrema Asia. Atque hic tu tibi ob oculos pone, nostrorum temporum historiam. Postulat Carolus Quintus ab Episcopo Romano Synodum indici intra Germaniam. Agnosci *per meoluo*, ut quod olim ab Imperatore Papa: hoc nunc à Papa postulat Imperator: Et tamen indicta est Tridenti Synodus. Tridentum autem in Italia: iam sunt ergo pares: postulauit olim Papa, nunc postulauit Imperator: repulsam tulit olim Papa, repulsa tullit nunc Imperator.*

pullam tuit olim Papa, repullam tulit nunc Imperator. En vices rerum!
XXVII. Nō bene successit hęc Synodus Ephesi secundo cōgregata, omnibus misere in ea perturbatis, & per vim gestis, impotēter dom:inante Dio-
scoro:hereticeis, latronū in mōrē, grassatiibus, vnde λεπρὸν nomen. Deniq;
fides grauit̄ iſla, probato Eutychē, Flauiano damnato? Quid hic Leo:ille,
ſi credimus, Occumētūs Pontifex, ille, de cuius nru pendere debebat o-
maia Ecclesiastici: Rufus ad preces. Et preces quidē hoc humiliores, quo
intentiones:epist 23. ad Clerum, & plebem Constantiopolitanarū vrbis, Et
quoniam oportet vos, post diuinū auxiliū, etiā Catholicorū principū gratiā pro-
mouere, humiliiter, ac sapiēter exposcite, ut petitioni nostrā, qua plenarii indicē
Synodum pōtulamus; clementissimus Imperator dignetur annuere. Et 24.
ad insim

ad ipsum Theodosium, Omnes partium Ecclesia nostrarum, omnes mansuetudinivestre cum gemitibus, & lacrymis supplicant sacerdotes, ut generalem Synodum inbeatissima intra Italiam celebrari. Et 26. ad Pulcheriam Augustam, postquam dixisset se ad Imperatorem scripsisse, ut Synodus in Italia haberetur, Quod ut obtinere mereamur, inquit, probatissime nobis fidei pietas tua, qua labores Ecclesia semper adiuuat, supplicationem nostram apud clementissimum principem dignetur asserere. Denique Liberatus Breuiarij c. 1. Leo audiens legatorum suorum suggestionem (eorum scilicet, qui Epheli adfuerant) & Theodoreti querelas suscipiens, literis Theodosium Imperatorem, & Pulcheriam Augustam rogar, ut fieret intra Italiam generale Concilium, ut aboleretur error fidei, per violentiam Dioscori factus. Valentianum autem Imperatorem, & Eudoxiam uxorem eius, ad memoriam beati Petri cum mulier Episcoporum, genibus pronolutis, Romanus Pontifex deprecatus est, ut Imperatorem Theodosium hortaretur, aliam fieri Synodum.

XVIII. Quid factum? Nam, quem non moueret tantæ sedis, tanta
deictio? Sed frustra fuit, quandiu Theodosius fuit: qui nullo cunctu vo-
luit consentire, ut alii Concilium fieret præter Ephesinum illud, ²⁵⁶²⁴⁻
vt testatur Antoninus historiæ parte 3. tit. 22. c. 13. Leontius de Sæcis
Act. 4. Ovælænpius ados ὥχλαιμφθε ²⁵⁶²⁵ Λεοντος ἐπί πάπα, γραψεις Θεοδοσιοι τῷ μη
πέμψειν, οὐτε πεπειραγένει συνέδοι γνωστός, εἰς τὸ γραφαρι, εἰς καλῶς ἵερανον Διόσκορος, ²⁵⁶²⁶ ἡ δὲ
ἡ Θεοδοσιος ²⁵⁶²⁷ αὐτήν γραψειν αὐτῷ λίγων, ὃν εἰ πειδάλῳ συνεδοι· Valentiniianus, cui
Leo Papa molestus esset, Theodosio minoris scribit, Synodum haberi: uberet, in
qua agnosceretur, recte Diocorus, an male iudicasset. Rescribit Theodosius,
autorem se alterius Synodi nequaquam futurum. En tibi summam Oecume-
nicii Pontificis autoritatem! Imo, en temporum miram mutationem! Is i-
pse, qui ab Imperatore supplex Concilium postulabat, tum ipse per se, tum
per intermedios Valentinianianum principem, & Pulcheriam Augustam, nec
imperabat: is, inquam, hoc nostro seculo vix exorari potuit ab Imperato-
re, ut laruum Concilii conuocaret: & cum promisit, vir scilicet bonus, ta-
men & locum, & tempus suo referuauit arbitrio. Ita hodie Imperatores de-
iecti sunt in ordinem Episcoporum: Episcopi Romani elati iu solium Im-
peratorum. Et non sufficient hæc sceleratæ audacie indicia? Imo non indi-
cia, sed plenæ demonstrationes?

XXIX. Obit diem Theodosius : Marcianus imperat. Tandem siue Leo instaret, siue ipse a se Imperator moueretur: indicitur Synodus Oecumenica. A quo? Ab Imperatore. Vbi? Primum Nicæa: sed deinde mutato concilio Chalcedone, non in Italia. Quando? die dicta ab ipso Imperatore, etiam si deprecaretur Papa. Liberatus cap.13. Cum Marcianus Imperio culmen fuisse adeptus, pro illa pace, & principum Romanorum petitione, vires sale Concilium in Nicæa congregari iussit: ubi concurrentibus sexcentis triginta Episcopis, & eis sedentibus legati Papa Leonis Marcianum petierunt, ut sui presentiam prestaret Concilio: aliquid ipso absente, ipsi ad Concilium non occurrerent. Et ita iussit Imperator Synodum transferri Chalcedoniam. Leonius. ~~διάδωτος οὐ Θεόδοσις γίνεται~~ ^{διάδωτος οὐ Θεόδοσις γίνεται} ~~θεόδοσις~~ Marcianus, ~~καὶ ταῦτα διάδοσις γίνεται~~ ^{καὶ ταῦτα διάδοσις γίνεται} ~~θεόδοσις~~ ^{θεόδοσις} Theodosio mortuo, Marcianus Imperio potitur, statimque generale Concilium Chalcedone haberi mandat. Sed testetur ipse Leo, vnuſ inſtar omnium. Epift. 43 ad Marcianum, Poposceram quidem a glorioſa clementia veſtra, ut Synodū, quam ad reparandā Orientālis Ecclesiā pacem, à nobis eriam peritam, necessariā iudicatiss, aliquantisper differri, ad tē- pū opportunius iubetis, ut liberioribus ab omni perturbatione animis, hi quo- que Episcopi, quos hoſtilitatē metus detinet, conuenirēt. Sed quia pio studio hu- manis negotiis diuina preponit, ego eriā veſtri dispositionib. non renitor. Chal- cedonensis ergo Synodus, adeo non est ab Episcopo Rom. indicta: vt ne id quidem, quod est in tāto negotio leuissimū, eius fuerit, aut arbitrio permis- sum aut precibus concessum: nempe locus, & pauci temporis dilatio. Porro acta sic habent, in ciuitate Chalcedonēsi metropoli prouincia Bithynia facta est Synodus, ex decreto piissimorū Imperatorū Valentiani, & Marciani Lege Farra- ginae Conciliorū edita Lutetia anno 18. supra seculū de cimū sextū: & mirare, & magna, & uniuersalis Synodus, qua per gratiā Dei: ^{τῇ θεῷ ρύμα,} & preceptū piissimorū, & Christianissimorū Imperatorū, Valentiani, & Marciani Augustiorū congregata est in Chalcedone metropoli prouincia Bithynorū, in Ec- clesia sancta & Victricis martyris Euphemis, hæc definiuit. Quid opus multis? Valentini, & Marciani literę ad omnes Episcopos sicut habent, Quia dubi- tationes quæ dā circa Orthodoxyā fidē mota sunt, sicut indicat, & litera sanctissi- mi Archiepiscopi, & cōdēz πόλεως P̄p̄ens, felicissima Rome Leonis, & ro idicās ^{τῇ} iustitiae p̄petua iurispoli, Placuit nobis proprieſanctūm Concilium fieri in Nicæa Bithynia ciuitate.

XXX. Hęc et si sunt luce meridiana magis perspicua, tamē nō desperauit Bellarminus infuscari posse. Marciānus Imperator epistola ad Leonem, p̄fixa actis eius Synodi, scribit, vt ipse veniat, & Concilium faciat. vel, si nolit venire, per literas significet, quid agi velit: & concludit, se scriptū ad Episcopos omnes, vt ad certum locū conueniant. Episcopi secundū ad Leonem Imperatorem, In Chalcedonensium ciuitate multi sancti Episcopi conuenerunt per iussionem Leonis Romani Pontificis, qui vere est caput Episcoporum. Gelasius ad Episcopos Dardanias, dicit solam Apostolicam sedem, vt Synodus Chalcedonensis fieret, sua autoritate decreuisse: per eam vocē solam, excludens alias sedes Episcopales. Nō enim sedes Alexandrina, vel Antiochenā, vel Hierosolymitana, sed sola Romana, eam Synodū fieri voluit.

XXXI. Atqui nemo tā nullius cerebri reperiatur, qui his tā leuiculis cōiecturis cōmoueri queat, vt fidē iis deroget, que p̄tulimus. Scribit Marcianus ad Leonē, vt veniat, & Conciliū faciat. Imo, inq̄, vi Conciliū celebret, Super-est, ut si placuerit tua beatitudini in partib. aduenire, & Synodū celebrare, hoc faceret religionis affectu dignetur. Atqui venire, & celebrare, nō significant in-dicere, cōuocare Cōciliū: sed potius ad indicū, cōuocatumq; le transferre: quomodo omnes Episcopi cū pr̄sentes sunt, celebrat̄ Conciliū. Sed enim Gr̄ecē, καὶ τὴν σύνοδον ἀπέτισσων. N̄ mitū, ne sua absentia Synodus imperfectior esset. Quid hocad rē? Poscit, si nolit venire, vt significet quid agi velit. Imo hoc falsū, Si vero hoc onerosum est, vt tu ad has partes aduenias: hoc ipsum nob̄is propriis literis tua sanctitas manifestet: quatenus in omnem Orientem, & in ipsam Thracię, & Illyricū sacra nostra litera dirigātur, ut ad quendā definitū locū, ubi nob̄is placuerit, omnes sanctissimi Episcopi debeat conuenire. Hoccine vero est, vi, eo significet, qdagi velit? Credo, Iesuitis: at nō cūq; bona mētis.

XXXII. Ex literis Episcoporum secundum Moesiae descripsit Bellarminus, & libuit. Ego amplius, Multi sancti Episcopi conuenienter per iussionem Leonis Rom.

Pont. qui vere caput est Episcoporum, & venerabilis sacerdotis, & Patriarcha Anatolii Concilio celebrato Vbi vides missionem, non solius Leonis, sed etiam Anatolii. Itaq; si iussio significat conuocationem: tam Anatolius conuocauit, quam Leo. Atqui falsum Anatoliu[m] conuocasse. Ergo iussio nō id significabit. Quid ergo: nempe eos Patriarchas acceptis literis ab Imperatore, scriptis ad omnes Episcopos suę ditionis, ut se in viam darent. Nā & hoc fieri iubebat Imperator. Ita legas in Sacris missis quacunque, Vnde tua sanctitas cum quantis approbauerit reuerendissimis Episcopis sub suo sacerdotio constituta sanctarum Ecclesiarum, expertas habentibus diuinas Scripturas, & in scientia, & doctrina Orthodoxa & vera fidei pra cunctis eminentibus aduenire festinet. Sensus est igitur ad Synodum indictam ab Imperatore, venisse Episcopos ex omnibus prouinciis iussos à suis Patriarchis.

XXXII. Gelatij verba sunt, *Dioscorū secunda sedis præsulem sua autoritatem damnauit: & impiam Synodū, non consentiendo submittit sola: & autoritatem, ut synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit. Quorū verborū auctoritate Magdeburgenses mēdacijs arguūt. Certe n. tripliciter mentitus est. Nā neq; autoritate Romana sola, Dioscorus damnatus est: sed Synodi Chalcedonensis. Neq; Synodus Antiocheni irrita facta, aut eius autoritate sola: aut etiā omnino autoritate. Nā quomodo: cū præter lacrymas nihil attrulerit? Lacrymas, inquam. Testis Galla Placidia ad Theodosium, *Verbis permiscens lacrymas ad cœmunionem suis fierius, nosistros quoq; gemitus provocauit*. Deniq; ut Chalcedonensis Synodus conuocaretur, effe cit quidem: at non autoritate: sed precib; & quidē multis, diu etiam irritis. Nam, quod excusat mendacium Bellarminus, quasi se à reliquis Patriarchis tantum voluerit separate, quid ad me? Nam et si non collaborarint ei reliqui, tamen sua id ipsa autoritate non perfecit. Sed nihil mirum: nam tota illa epistola ad Dardanos, & altera ad Anastasium, impotentissimæ arrogantiæ sunt plenissimæ, ac vix habent quicquam, quod Christianam redolcat modestiam, aut fineritatem.*

XXXIV. Sic igitur Bellarm. At Baronius suo more depravat historiā, s.s. anni 45. Agi (inquit) cōceptū de Synodo yniuersali cogenda, quod quidē magna industria, summaq; diligentia à Leone Rom. Pontifice Marcianus Imp. expetiit. Miram vero, lubitamq; rerum mutationē, vt id à Leone Marcianus exambiret, ob q̄ id īipse Leo supplex factus sit Theodosio, & frustra. Quis Baronio accredat nullis nixo testibus? Scil. nihil alias mentitus est, nihil audacter, aut ēt impudenter cōmentus. Habemus literas Valentiniapi, & Marciāni Imperatorū ad Leonē, in tomis Conciliorū: & hēc in iis, Inuitāres, nūc rogāntes, ut pro sermitate, & statu nostri Imperij, aeternam diuinitatē, tua sanctitas deprecetur, ut & rale propositū, atque desiderium habeamus, quatenus omnī impio errore sublatō per celebrandam Synodus, te autore maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicae fiat. Ad hāc verba, vtrum respexerit Baronius, non facile dixerim, sed possunt tamen quibusdam videri in eam partem inclinare, vt autor dicatur Leo facienda Synodi.

tem inclinare, ut auctor dicatur Leo faciens Synodum.

XXXV. Sed non est ita. Nam Graeca phrasis habet, *διὰ τὸ συγκροτεῖσθαι τοὺς οὐρανὸς τοὺς αὐτοῦ λόγους μητέρας εἰπάντας μάλιστας ἡ μητέρα τῆς καρδιᾶς τοῖς αερούσιν*. Per hanc congregatam Synodum, te auctore maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicae stans. Vbi, ut mittat in certarum Syntaxis; Congregata Synodus te auctore, vel te auctore pax fiat; ad moneo, & auctoritate, non significare auctoritatem vllam Concilium, sive conuocandum, sive temperandum: sed auctoritatem in Concilio conuocato, nimirum suffragij ferendi, & sic determinandi proposita negotia, cuius quidem iuris fundamento erat ab Imperatoris permisso. Mentiar, nisi docce. Certe in prima Actione eiusdem Chalcedonensis Concilij, post recitatas litteras Theodosij, & Valentiniani ad Diocesum Alexandrinum: quibus subiicitur querela presentium, de non recitatis in Ephesino Lestrico literis Leonis, Gloriosissimi Iudices, & amplissimus Senatus dixerunt, Reverendissimi Episcopi, & in auctoritate etenim praecettorum modorum et hoc est blasphemus id est contra Christum, auctoritas tunc eorum que agebantur, ab imperiali data est clemensia, dicant pro quare Epistola sanctissimi Archiepiscopi Leonis non est recitata. Et aliquanto ante in ipsis Actis Chalcedonensis, Diocorus dixit, Comperit vestra clementia, quia non mihi soli sacratissimus Imperator commisit iudicium: sed & beatissimo Iuuenali, & sanctissimo Episcopo Thalassio, in adiuvia & oratione dedit, auctoritate Synodi dedit. Et sane sic Theodosius scribat ad ipsum Diocesum, illa adiuvia, καὶ τη πεντετέτα λη ση η οντοτελεία παρέχεται, auctoritas enim, et primatum tuus praeberimus beatitudini: quæ formula communis erat litteris ad Iuuenalem Episcopum Hierosolymitanum. Itaque apparet illud σὺν αὐτούσιον, in litteris ad Leonem nihil aliud esse, quam hanc ipsam adiuvia ei per litteras Imperatoris concessam, iudicandi in Synodo de eadem causa; adeo ut nihil pertinet ad conuocationem Synodi, multo minus ad Oecumenicatum.

XXXVII. Quid plura? aut quo sum? Nihil n. disertius est literis iplus Iustiniani Imperatoris positis statim initio eius Synodi, quo loco solent hodieponi bulle Paparū conuocantiū. In iis literis nō tantū decretaur cōuocatio,
sed

LIBER DÉCIMVS QVARTVS, CAP V.
imperator fulcit exemplis præcedentibus.

29

sed etiam ius suum Imperator fulcit exemplis praecedentibus, ut possent omnies nihil a se usurpatum, non olim factum, non semper factum. Recito, Semper studium fuit Orthodoxia, & p[ro]p[ter]is Imperatoribus Patribus nostris tempore exortias heres per cōgregationem religiosissimorum Episcoporum amputare, & recta fide sincere predicata, in pace Sanctam Dei Ecclesiam custodire. Quapropter, & Constantinus p[ro]p[ter] recordationis Ario blasphemante, & dicente: Non esse Filium consubstantialem Patri, sed creaturā: & ex non extantibus sanctis Paire[bus]. Paulo post, Sed, & Theodosius senior p[ro]p[ter] recordationis, Macedonio negante Deitatem Sancti Spiritus, & Apollinario, vel magno eius discipulo in dispensatione incarnati Dei Verbi blasphemantibus, & dicentibus sensum humanum non recepisse Deum Verbum, sed carni unitum esse animam irrationalē habentis, cōgregatis in regia urbe centum quinquaginta sanctis Patribus, cum, & ipse parviceps fuisset Concilii, damnatis predictis hereticis una cū impio eorum dogmatibus, fecit rectam prædicare fidem. Postea, Iteru Nestorio impio aliū dicens Deum Verbum, & alium Christū, & hunc quidē natura Filium Dei Patris, illū autem gratia Filium impie introducente, & sanctam gloriosam semper virginē Deigenitricē esse negante, cum pene omnes Orientales partes sua impietate adimpleret idem Nestorius, Theodosius Iunior p[ro]p[ter] recordationis congregauit priore Epheſinam sanctam Synodus, cui presidebat Cœlestinus, & Cyrius sancti Patres. Rursus, Et post hac iterum cum Euryches demens emersisset, negando consubstantialem esse nobis carnem Domini, multis interea motis, tam Constantiopolis, quam Epheſi, tanta pro illo facta est hereticorum circumuentio, ut etiam eiiceretur propter eum Flavianus religiose memoria regia urbis Episcopus. P[ro]p[ter] recordationis Marciatus congregauit Chaicedone sanctos Patres. Habet historiam quatuor primarū vniuersalium Synodum; à quibus exemplis ipsi sibi annos factos testatur ad hanc, de qua loquebamur, quintā congregandam. Cum autem, ait, secundum suam misericordiam Dominus Deus Reipublicae gubernationem nobis creditit, initium, & fundamentum nostri imperii fecimus, coniungere diuisos sacerdotes sanctorum Dei Ecclesiarum ab Oriente usq[ue] Occidentem. Et aliquanto post, Vocauimus vos ad regiam urbem, hortantes cōmuniter conuenientes, quam habetis pro his voluntate iterum manifestare.

XXXVIII. Non possent Episcopi Romai magnificenter suam hodie causam orare. Atq[ue] adeo si possent, nunquam omitterent. Sed non habent tam alte sua iura repetere. Et tantum audias ad rauium inculcantes, quod non oblitus est Pelagius, si tamen Pelagius est prædecessor Cœlestini. M[odestus] .

cautum glorie. Atq[ue] adeo il poterit, nunquam omittent. Sed non habent tam alte sua iura repete. Et tantum audias ad rauim inculcantes, quod non oblitus est Pelagius, stamnen Pelagius est prædecessor Gregorij Magni, Epist. 8. Generalium Synodorum conuocandi autoritas Apostolica sedi B. Petri singulari priuilegio est tradita, & nulla unquam Synodus rata legitur, qua Apostolica autoritate non fuerit fulta. Quanquam huius edicti, neque Canons habeant, neque exemplum, nisi recentissimum.

XXXIX. Et hæc quidem haec tenus Concilia celebrata intra sex primæ
secula: quibus necesse est viguisse disciplinæ ordinem, si quis vñquam ille vi-
guit. Deinceps ambitio, quæ paulo prius occulte fovebatur, in apertam pro-
riupit æmulationem, sumum locum æque ambientibus, Romano, Con-
stantinopolitanoque. Et illo quidem primo, saltem in speciem modestius
vt videre est ex Epistolis Pelagij, & Gregorij primi, contra Ioannem. Se-
tunc tamen cœptum usurpari Oecumenici Patriarchæ nomen, primo qui
dem detestatum Pelagio, & Gregorio: sed his mortuis, & sibi procuratum
diligenter à Bonifacio apud Phocam, & libent. illime acceptatum. Nam et
primi Patriarchæ sedem iam olim Romanus tenuisset vñbis merito: tamen
Sperabat Cōstantinopolitanus, quemadmodum ob Imperij sedem fuerat in
Patriarcharum dignitatem electus, sic Oecumenici titulum se assequitu-
rum. Sed, vt dixi, vicit Romanus, declaratus non tantum primæ sedis Epis-
copus, vt antea, sed etiam omnium caput, vt loquitur Sabellius: sive vt e-
omnes orbis Ecclesiæ obedient, vt Nauclerus. Quid ergo? Nunc saltem vi-
deri poterant vniuersalia Concilia, ex eius vnius decreto conuocanda, fa-
ctumne? Nondum.

X L. Nam in sexto Oecumenico Trullano, Actio. i, hæc legas, Conuenient te sancta, & uniuersali Synodo, quæ secundum Imperialem sanctionem congregata est. Rursus in eadem Theodorus, & Gregorius Presbyter, & Ioanne diaconus vicarij Apostolicae sedis antiquæ Romæ, nec non, & ij, qui ex persona Synodi eius erant, dixerunt Constantino Imperatori præsidenti, Benignissime domine, secundum directam sacram ab à Deo instructam vestram rititudinem ad sanctissimum Papam, demandati sumus ad piissimam vestigia à Deo confirmatae vestre serenitatis. Et deinceps singulis Actionibus mentio repetitur Imperialis sanctionis Actio. io, offertur libellus a quibusdam Episcopis, clericis, & monachis, Santa & uniuersali Synodo, quæ per iussionem piissimi, & à Deo decreti domini nostri, & magni Victoris Imperatoris Constantini, nun conuenit. Actione 17. in definitione Orthodoxæ fidei, Manu scriptissimus nosse Imperator, hoc sanctum uniuersale nostrum congregans collegium, totius Ecclesie adunauit compaginem. Sed, & Leonis secundi testimonium habemus, epistola ad Constanti. cum Augustinum iussit actio 18. Synodi sextæ, Cognovimus, quod sancta, & uniuersalis, & magna sexta Synodus, per Dei gratiam, Imperiali decreto in regia vice congregata est.

XLI. Sequitur septimum, id est, Nicænum secundum: cuius statim initio, Cœniente sancta, & Oecumenica, hoc est, uniuersali Synodo, qua per gratiam diuinam piumq[ue] illorum Imperatorum sancte orbem terrarum gubernantia, item decretum congregata est, in clarissima Nicensiam Metropoli. Item litera Imperatoris, Constantinus, & Irene fideles Romanorum Imperatores, divinitate voluntate, & nostra gratia, iussu sacrae nostri Imperii congregatis sanctissimi Episcopis in Nicana Synodo. Tum initio singularum actionum, dilecti nominatur decretum Imperatorum.

dante, inservienteque diuino consilio, ac decreto, magno Imperatore Christi amante, & diuino gubernatore Basilio. Qui Oecumenicam Synodus congregans, quæ visa sunt Spiritui Sancto, pie adimpleuit.

X L I I I . Atque hactenus Oecumenicæ Synodi. Nam deinceps nulla
Quæ enim à Papistis numeratur ab Episcopo Romano conuocata, ab ho-
sunt albo expungenda: cum fuerint compositæ duxatae ex Episcopis Latini,
nisi, excepta forte Florentina, cui interfuerunt pauci Græci. Itaq; confiden-
ter prædicamus, nullam vñquam Oecumenicam Synodum esse conuocatam
ab Episco. Romano; vt erat nobis ab initio propositum. Vnde merito Socrate
in procœmio lib. 5 historiæ Ecclesiastice, scriptum: Se Imperatorum propter
mentionem fecisse, quod ex illo tempore, quo Christiani esse cooperantur, Ecclesi-
negotia ex illorum nutu pendere vijsa sunt: atque adeo maxima Concilia de co-
rum sententia, & conuocata sunt, & adhuc conuocantur. Cardinalis Cusa aus
haud absimiliter, c. 25. li. 2. de Concordia Catholica, Autoritas Concilii, non
ita dependet à congregante, vt nisi à Papa congregetur, non sit Concilium: quia
tunc omnia octo unius alia Concilia non fuisse firma, quoniam per Impera-
tores conuocata leguntur & Romanus Pontifex, instar aliorum Patriarchar-
rum, Diuines sacras iussiones, de veniendo, aut mittendo ad Concilium, recipit.
X L I V . Atq; adeo inde Hieronymus secundo Apologetico contra Rufi-
finum, cum aduersarius in quadam Synodo damnatum dixisset Hilarum,
Responde, quæ so, inquit, Synodus, à qua excommunicatus est in qua urbe fuit?
dic Episcoporum vocabula: profer sententias subscriptionum, vel diuersitatem,
vel consonantiam: doce, qui eo anno consules fuerint: que Imperator hanc Syno-
dum iussit congregari. Negavit villam fuisse Synodum variis argumentis:
inter quæ vnum est, quod a nullo Imperatore fuerit conuocata. Papista
Papam dixisset Sed Hieronymus non erat Papista: Ad cuius verba Erasmus
obseruauit, vt debuit, Imperatoris iuslu solitas esse olim Synodos conuoca-
ri: quam ob causam inuechitur in cum seuenissime Reatinus Episcopus, qui
voluisset additum, Imperatores sūisse exsequentes Apostolicæ sedis, non
autores talis rei. Impudenter: qui crediderit, tam nullam esse Erasmo reli-
gionem quam sibi. Verum hoc ingenium est hodie motum Papistarum o-
mnium.

X L V. Sed enim, quæ sic sigillatim à nobis demonstrantur, Bellarminus
dicit, soluere conatur duplicitate. Prima solutio: posse hæc argumenta con-
temni: quia nos nolimus argumenta peti efficacia, ex traditione, aut confusio-
nem Ecclesiæ: sed solum ex diuinis literis: cum tamen ista petantur ex me-
ra traditione, & praxi Ecclesiæ, sine illo Scripturæ testimonio.

XVII. At qui primo lumenit falsum: nos enim, absit, ut dicamus nunquam peti efficacia argumenta à traditione, sive praxi Ecclesie: sed duxat, cum agitur de dogmatis fidei. At conuocatio Conciliorum, non est dogma fidei; sed pars politiae Ecclesiastice, in qua sufficiet non conuelli articulos fidei, Scripturæ et autoritatem. Secundo: tisi nos ita doceremus, tamen ea argumenta ex traditione minime omnium ab illis essent reiicienda, aut contempnenda, qui traditionem exæquant Scripturæ. Quin potius etiam si nobis sint tantum probabilia, illis tamen necessaria esse debent, nempe ex eorum doctrinæ fundamento. Denique recte Augustinus Epist. 86. ad Casulanum, *In his rebus, de quibus nihil certi statuit Scriptura diuina, mos popularis Dei, vel in instituta majorum pro lege tenenda sunt.*

XLVII. Secunda solutio: posse opponi consuetudinem consuetudini. Sienim quatuor, aut quinque Concilia Imperatores indixerint, plura, quam duodecim, Romanos Pontifices indixisse.

X L V I I I . R e s p o n d e o , c o n s u e t u d i n e m c o n s u e t u d i n i p r a i j u d i c a r e , a n t i q u i s s i m a m n o u i s s i m a : I t a q u e e a m , c u i n o s i n i t i m u r , l o n g e p r a f e r e n d a m . C i t a u i m u s e n i m p r i m o r u m , a t q u e a n t i q u i s s i m o r u m C o n c i l i o r u m c o n u o c a t i o n e m : c u m i l l i n u l l a h a b e a n t , n i s i p o s t r e m a . D e i n d e f a l s u m e s t , n o s q u a t u o r , a u t q u i n q u e t a n t u m C o n c i l i a e n u m e r a r e : p r o g r e s s i e n i m f u m u s a d o c t a u m v i s q u e ; q u o n u l l u m e s t O c u m e n i c u m r e c e n t i u s . E t i f i v i x c o n c e d a m u s s e p t i m u m , & o c t a u m d i g n a e n o m i n e : c e r t e , s e p t i m o o p p o s i t u m f u i t e o d e m f e r e t e m p o r e C o n c i l i u m m a g n u m i n O c c i d e n t e , a C a r o l o m a g n o c o n u o c a t u m , e x G a l l i a , I t a l i a , & G e r m a n i a , v b i P s e u d o s y n o d u s G r a e c o r u m i s t a s e p t i m a r e i c e c t a e s t . V e r u m , v t u t s i t , h a b e n t u s p r o O c c u m e n i c i s . & n o s t r a q u i d e m n i h i l i n t e r e s t λογικην . S e d e n i a n , q u a e d e i n c e p s f e - q u u n t u r , q u i n q u e L a t e r a n e n s i a , L u g d u n e n s i a d u o , V i e n a e n s e , F l o r e n t i n u m , & T r i d e n t i n u m p r o O c c u m e n i c i s n u n q u a m h a b e b u n t u r , a b i i s , q u i q u i d s i t O c c u m e n i c u m d i d i c e r i n t .

X L I X . Post eas solutiones Bellarminus causas inquirit , cur non solus Pontifex Romanus indixit Concilia . Et primam notat , quia vigebat ad- huc lex Imperialis antiqua , quæ prohibebat omnia collegia , & frequentes conuentus sine Imperatoris autoritate , ob metum seditionis . Secundam , quia non poterat fieri Concilium , nisi in aliqua vrbe Imperiali : nulla autem ratio finit , vt in al. quo loco ex toto orbe conuentus fiat , sine licentia domini eius loci . Tertiam : quia tum Concilia generalia siebant sumptibus publicis , præsertim , quoad transvectiones Episcoporum . Quartam : quia eo tempore Pontifex in temporalibus subiiciebat se Imperatoribus : & ideo non poterat inuitio Imperatore quiquam agere : & cum tantum debuisset petere auxilium ad conuocandam Synodus , vel permissionem : tamen , quia dominum suum temporalem agnoscet , supplicabat , vt iuberet conuocari Synodus .

L. Respondeo, primo statim peccari in statu constituendo. Quærit enim, quare non solus Pontifex indixerit. Cum omnino quarendum esset, cur non dixerit. Est enim demonstratum. Imperatorum literis factam inductionem: non vero Pontificum. Atque adeo non meminit Bellarminus ipsum asseruisse, fatis fuisse, si non disenserit Pontifex, etiam si consultus ante non fuisset? Secundo, omisit verissimam, certissimamque causam: nimis, quia præter Imperatorem, nemo habebat autoritatem in omnes universi orbis Episcopos. Nam Patriarchæ suos fines habebat distinctos, intra quos multum poterant. Itaque conuocabant concilia particularia. Nec verisimile est, toties consultam fuisse Imperatorem, quoties Carthaginensis Concilia celebrait. Ipse etiam Romanus liberæ intra Italiam suos conuocabat.

L I Quæ autem assignantur quatuor causæ, sunt inceptæ. Nam prima, & secunda, & quarta, si concedantur, necesse fuisset etiam particulares Syndicos omnes conuocari ab Imperatoribus; quia & conuentus erant frequentes; & necesse erat fieri in aliqua rite Imperatoria, puta Romæ, Aquilez.

Aquileia;
Cartha-

Carthagini, Antiochię & deniq; non solus Romanus, sed etiam reliqui omnes Episcopi dominum in temporalibus agnoscabant Imperatorem. Et tamen vñs contra est: nam plerque eiusmodi Synodi conuocabantur à solo Patriarcha, aliquando etiam in scio Imperatore. Præterea hæ causæ tantum id efficerent, vt postularetur consensus Imperatoris, non autem, vt ipse conuocaret. Nisi forte debuit Concilium Lugdunense conuocari à Rege Gallie, Constantiense, & Basileense, ab Imperatore, quia eæ urbes erant in eorum ditione. Sed tertia causa etiam ridicula est, nulla enim lex prohibebat Concilii fieri, nisi sumptibus Imperatoris, cur enim tum magis quam deinceps? Itaque Liberius apud Theodoretum historiæ lib. 2. c. 26. Negotia Ecclesiastica publicam vñcturam non desiderat, quandoquidem Ecclesia ad Episcopos suos ad mare vñque deducendos satis habent facultatum.

C A P. VII.

Episcopi Romani controversias detulerunt ad Concilium.

I. *S*i Episcopi Romani, cum sibi obssisteretur, iudicium detulerunt ad Synodus ergo non fuerunt summi iudices, hoc est, Oecumenici Pontifices. At prius verum, Ergo, & posterius. Consequentia patet, tum ex ratione, quia quod ipse posset sua autoritate definire, quorū deferret ad alios iudices? Et quidem inferiores? Nam hos de iudicio eius indignum esset iudicare. Tum ab vñ omni, qui Oecumenici Pontificatus iura sibi postremis temporibus vñsurparunt.

II. Antecedens probatur variis exemplis. Primum, Liberius, cum sibi Constantius Imperator obssisteret in Athanasi causa, nunquam iactauit vñlam suam Oecumenicam autoritatem: sed Concilium indici postulauit: apud Theodoretum historiæ libro 2.c.16 *Si tua clementia ita visum sit, iudicium haberi iubeto.* Et paulo post, *Omnes contendamus Alexandriam, ubi reus, ubi accusatores, & causa eorum patronus, sunt: atq; litigantium causa diligenter cognita, sententiam de ea pariter feramus.* Hæc Liberius.

III. Secundo, Innocentius in causa Chrysostomi apud Sozomenum libro 8.c. 2.6. *Quodna in remedium hysce rebus in præsenti adferemus? Necesse erit Synodalis cognitione: quam etiam multo iam ante congregandam diximus. Ea quippe sola est, que huiusmodi procellarum impetus retundere potest.* Quam quidem donec consequamur, expedit medelam calamitatis huius cōttere voluntati magna Dei. Nota solam Synodus potuisse prouidere. Simile habes apud Hermannum Mutilum Chronicu 17. *Pontifex Romanus, duos Cardinales mittit legatos, qui cum Sigismundo Imperatore agerent communī consilio de Ecclesia labefacta in omnibus suis partibus statu reformato.* Cum autem multa in varias partes disputatum esset, quomodo, & quo remediorum generis subueniri in extremo periculo constituto possit, tandem una concordi omnium sententia iudicarunt fieri non posse quam generali Concilio.

IV. Tertio, Leo in causa Anatolij, eius qui post Flavianum factus erat Episcopus Constantinopolitanus: a quo petebat sibi dari confessionem fidei, eo fine, quem ipse exponit, scribens ad Theodosium Augustum Epistola 33. *Vt si Constantinopolitanus Antistes in eandem confessionem toto corde consentit: securi, ut aignum est, de Ecclesiastica pace latemur: neq; aliquid residere videatur ambiguum, ut de superfluis forsitan suspicionibus laboremus.* Sin vero aliqui à puritate nostra fidei, at q; Patrum autoritate dissentient. Concilium uniuersale intra Italiam, sicut Synodus, qua ob hanc causam Roma conueneret, mecum petit, clementia vestra concedat, ut in unum conuenientibus his, qui, aut ignorantia, aut timore lapsi sunt, correctionis remedius cōsulatur.

V. Hi omnes Episcopi Romani, atque ij non exigu nominis, & præter eos fortasse alii nonnulli, cum sibi suæque dissidentiæ autoritati, ad Concilium prouocarunt aduersarios: probe conscientia eius longe maiorem in Ecclesia autoritatem esse quam vñlius, sive Episcopi, sive Patriarchæ.

C A P. VIII.

De iis qui salua vñitate Ecclesia, dissentierunt ab Episcopo Romano.

I. *S*i potuit ab Episcopo Romano dissentiri seruata vñtate Ecclesiæ; Ergo is non fuit Oecumenicus Pontifex, aut caput Ecclesiæ. At potuit ita dissentiri. Ergo non fuit Oecumenicus. Consequentiam non est opus ut proberemus.

II. Antecedens vero exemplis demonstratur. Primum exemplum ex Eusebiji historiæ lib. 5. c. 2.4. Victor Romanus, ob Paschatis dissidium, vñuersæ Asia Ecclesiæ omnes cum finitimi à communi vñtate Ecclesiæ amputare est conatus. Verum id cæteris parum placuit Episcopis: Victorque acriter acerbe fuit reprehensus. In iis autem Episcopis Irenæus erat, Lugdunensis, vir magnus. Hoc vero exemplum est geminum. Nam primo, constat Asiae Episcopos discrepantes à Victore, & quidem in re magni (sic enim purabatur) momenti, non fuisse tamen priuandos communione Ecclesiæ. Deinde, etiam Occidentales Episcopos, adeo sibi putasse licere ab Episcopo Romano dissentire, vt ausi sint reprehendere: imo vero acrisius increpetur: quod hodie si quis faceret, næ ille non ferret impune.

III. Verum Sanderus lib. 7. de vñibili Monarchia, *Quo pluribus (inquit) hoc Victoris decretum difflicet, eo manifestior sit, & illiusq; Episcopi Romani primatus.* Itane tandem in quar. At tu Deus æterne, ita placare huic nostro seculo, vt hunc Romano Episcopo priuatum prolixissime concedas: nempe vt ei ab omnibus contradicatur, vt ab omnibus reprehendatur, ab omnibus acriter, acerbe, vt meritus est, increpetur. Tum nos libentissimis animis, Sandero suam subtilitatē gratificarem: imo, tum nos, qui nunc Oecumenico priuatui tam sumus molesti: Oecumenicum illum Pontificatum libenter admitemus. Sed acumen audiamus. Nam si Episcopus Romanus, nihil erat, quam vñus Episcopus: qui factum, vt omnibus pene aliis contradicentibus, vñius tamen autoritas, & sententia vincere, ac præualeret? Nā Episcopi Catholici omnes in vñuerso terrarum orbe, Victoris Decreto, et iam si parum ab initio placueret, re ipsa tamen obedierunt. Nam ab eo die pro hæreticis, & schismaticis habiti sunt, atque *τεωρησιναδερην τα* apud Græcos, apud Latinos quartadecimani appellati.

IV. Respondeo: Viciſe, & præualuisse Victoris decretum, falso assertū à Sandero. Neque enim quenquam illum ex antiquis nominare posse, qui

Asianos propterera pro excommunicatis habitos dicat. Imo vero cum testetur Eusebius improbatam fuisse à plerisque omnibus hanc Victoris excommunicationem, id argumentum certum est, non præualuisse. Nam quod inter hæreticos relati fuerint Quartadecimani, primo id factum, nemo dixit vñquam, ex decreto Victoris: sed ea fuit sententia omnium, qui aliter sentiebant, quam Asiani: qui tamen nunquam adduci potuerunt, vt à suo more discederent, donec celebratum est Nicænum Concilium, cuius autoritati cesserunt tandem, non Romano Pontifici. Deinde, non tantum damnabat Victor illam de Paschatis celebratione sententiam, sed etiam Ecclesiæ Asiaticas excommunicabat: nam id diserte notabat Eusebius. Imo videtur hoc præcipuum caput fuisse eius decreti. At huic capituli obtutum non fuit. Nam Irenæus contradicebat: in eumque finem Polycarpi exemplum citabat, cui Anicetus communionem non denegarat. Imo diserta sunt Irenei admonentis verba, qui, quanquam Pascha Dominico die celebrandum doceret, hoc est, improbat Asianos, tamen Victorem monet, Ne tam multas Ecclesiæ omnino propter traditionis ex antiqua consuetudine inter illas surpata observationem, à corpore vñiuersa Ecclesia Christi amputaret. Eratigit Irenæi fides, & omnium, quorum nomine scribebat, relinquendos in unitate corporis Ecclesiæ Asianos, etiam si non cederent sententia Victoris.

V. Rufus Sanderus. Synodus Nicæna scripta ad Alexandrinam Ecclesiam, Scitote controversiam de Paschate suscepit prudenter jedatam esse: ita ut omnes fratres Orientales, qui prius non consentiebant Romanos, aut vobis, aut omnibus iis, qui ab initio obseruant, Pascha in posterum vobiscum acturi sint. Hic, primo sequenti vñ: *ibum nullum est: sed pro eo μετ' ὑμῶν vobiscum.* Deinde non nominantur Romani, nos, & vos, id est, Romani, Nicæni, Alexandrini, sed tantum Romani, vos, id est, Alexandrini, & omnes alij. Itaque, et si in eo esset aliquid dignitatis, tamen non possent dici Romani prælati Nicænis, sed tantum Alexandrinis, & aliis. Bis ergo luditur in re seria pueriliter Bellarmine, & cum vñget verbum sequendi, & cum hæret ei distinctioni, quæ tamen sunt interpretis peccata.

VI. Respondeo, primo aliter scripsisse Theodoretum, *αγαπητοὶ μανιάτες οὐδὲ λόφος τὸ τέρατον μὴ ποιήσετε σύμφωνα Πατέρεσσις; καὶ τὸ μὲν τοῦ πατέρος φυλάττεσθαι τὸ πατρικόν, εἰ τὸ δέ τοι μετ' ὑμῶν ἔχειν.* Ita ut omnes fratres Orientales, qui prius non consentiebant Romanos, aut vobis, aut omnibus iis, qui ab initio obseruant, Pascha in posterum vobiscum acturi sint. Hic, primo sequenti vñ: *ibum nullum est: sed pro eo μετ' ὑμῶν vobiscum.* Deinde non nominantur Romani, nos, & vos, id est, Romani, Nicæni, Alexandrini, sed tantum Romani, vos, id est, Alexandrini, & omnes alij. Itaque, et si in eo esset aliquid dignitatis, tamen non possent dici Romani prælati Nicænis, sed tantum Alexandrinis, & aliis. Bis ergo luditur in re seria pueriliter Bellarmine, & cum vñget verbum sequendi, & cum hæret ei distinctioni, quæ tamen sunt interpretis peccata.

VII. Secundo, concedamus, si placet, hæc peccata, & ponamus ita scriptum, vt est apud Christophorus, quæ tamen illa incepta est, vt sequenti verbo, quod manifeste imitationem significat, abutatur ad primatum. An eos omnes necesse est primatum, autoritatemque obtinere in nos, quos ipsi nobis proponimus ad imitandum? Deinde, cur per illud nos, intelligit Nicænos, id est, Patres illos, tum congregatos, & concilium componentes? Cur non potius, Patres quidem illos: at non quatenus congregatos, sed quatenus ipsos etiam in suis Ecclesiis, sic Pascha celebrantes? Sic Orientales ita receperunt se Paschata celebraturos, vt Romani solent, & nos in nostris Ecclesiis solemus: & vos etiam vestra soletis. Quæ interpretatio confirmatur ex Epistola Constantini, hac ipsa de re apud eundem Theodoretum lib. 1. c. 10. Itaque, quandoquidem hoc negotium ita constituendum erat, vt nihil nō biscum illi parricidis, Dominiq; interfectoribus esset commune, & is ordo optimus est, quem omnes Occidentales, Meridionales, Septentrionalesque obseruant Ecclesiæ, imo quedam etiam Orientales. Propterea in præsenti & quoniam esse nonnesen ceseruerunt (ipseque ego pollicitus sum vestra prudètia gratum fore) vt quod in urbe Roma, Italia, omni Africa, Aegypto, Hispania, Gallia, Britannia, Libya, vñiuersa Grecia, diaœcœsiæ Asia, Pontica, Cilicia, uno eodemque obseruantur anno, id ipsum vestra amplectetur alacriter sapientia. Vbi yides singulas prouincias enumeratas, ex quibus componebatur Synodus.

VIII. Denique, quænam hæc, malum, audacia est interpretandi, vt quæ coniuncte dicta sunt, Romanos, nos & vos sint sequuturi, in hunc modum discerpantur, sequuntur sint primo Romanos, tum secundo sequuturi sint nos, denique tertio sequuturi sint vos? Id vero, quo vñ Sanderus docebit esse rectum? An placet, vt etiam in literis Constantini totidem gradus distinguamus: primo Occidentales, secundo Meridionales, tertio Septentrionales? Imo primo Romanam, secundo Italianam, tertio Africam, quarto Aegyptum, & cætera? Quasi vero, quoties accidit, vt nobis multa sint nomina proferenda, non ea si necesse certo ordine prosequi, atque ab uno inciperemus. Nego igitur eorum verborum sensum esse, vt Orientales sequi debuerint Romanos, magis quam reliquos. Et quidem obiter moneo, in hoc compendendo Schismate, nunquam aut Concilium, aut Imperatorem vñlos esse, aut decreto Episcopi Romani, aut exemplo solius verbis, sed omnium Ecclesiæ, apud quas is mos erat. Et eas quidem enumeratas esse, vt significaretur pauciores pluribus cedere debere, quod si vñius Romæ is mos fuisset, confidenter dicam futurum non fuisse, vt reliquæ omnes ad eius exemplar emendarentur.

IX. Tranſeo ad alterum exemplum. Id erit ex Irenæo, apud Eusebium eodem loco, Presbyteri ante Soterem, qui Ecclesiæ, cui tu iam præs, praticabantur, Anicetum dico, Pium, Hyginum, Telephorum, Sextum, neque ipsi hoc festum eo die, quo Episcopi Asia obseruarunt, neque aliis post se ita obseruantur permisit. Et nihilominus ipsi non sic obseruantes pacem celebant cum iis qui ab iis Ecclesiis vñi sic obseruantur, veniebant, quantumvis contrarii sint obseruantibus. Neque unquam quisquam eam ob causam fuit electus. Verum iis prædecessores tui presbyteri qui non obseruant, iis, qui erant ex illis Ecclesiis, ubi obsernabatur, mittebant Eucharistiam. Quin, quum beatus Polycarpus venisset Romanum sub Aniceto, & de quibusdam alius capitibus nonnihil inter se dicepissent, statim conciliati sunt. Cum tamen de hoc capite inter se contendere repergerent (sic enim lego locum alioqui corruptum *τὸ τέρατον μὴ ποιήσετε σύμφωνα Πατέρεσσις;* φιλοσophiæ oris iuxta) Nec enim Anicetus Polycarpo persuaderem: non obseruaret: utpote qui ita semper seruasset una cum Ioanne discipulo Domini nostri, reliquisque Apostolis, quibus usus erat familiariter. Nec vero Polycarpus Aniceto persuaserit, vt obseruaret, dicenti retinendam esse consuetudinem presbyterorum suorum prædecessorum. Et his tamen sic se habentibus, communierunt inter se, & intra Ecclesiæ concessit Polycarpo Eucharistiam Anicetum, honoris ergo scilicet, atque ita pacifice separati sunt, vñiuersali Ecclesiæ pacem retinendib; tum iis, qui obseruarent, tum iis qui non obseruarent.

LIBER DECIMVS QVARTVS, CAP IX

301

X. Hęc apud Eusebiū Irenaeus. Putarunt igitur Asiāni licere sibi aliam rationē sequi, quam sequeretur Ecclesia Romana. Imo Polycarpus tam credidit licere sibi ab Aniceto discrepare, quam Anicero à se, nec sibi plus paf-sus est ab Aniceti autoritate persuaderi, quam rationibus probaret. Quem ferret hodie, quæso, Polycarpi similem is, qui sibi voluntatem iactat esse pro ratione:is, inquam, qui esse sibi in pectore omnia iura gloriatur? Tantam nimirum mutationem passa est res Christiana. Agebat Polycarpus cum Aniceto familiariter, atq; ex æquo, tanquam cum collega suo: At hodie nisi Aniceti successores, Polycarpi successores, tanquam Deum aliquem cœlo de-lapsum susciperent, quas non tragœdias eexcitare: Breuiter, neq; Aniceto Polycarpus persuadet: neq; Polycarpum Anicetus trahit in suam senten-tiam: & tamen perseuerat Christiana communio.

XI. Sanderus tamen suo more audaculus. Cum Pius P̄orifex Romanus, velut diuinæ voluntatis supremus iu Ecclesia minister, & exsequitor de Pascha decreuisset, Polycarpus probe sciēs decretū summi Pastoris contemni abfq; graui peccato non posse, propter istas super die Paschæ quæstiones, ad urbem Romam venit, vbi Pio defuncto, cum Aniceto colloquutus impetravit, ut liceret ipsius Ecclesiis in veteri consuetudini perseverare.

XII. Acqui multa, aut sumit, aut mentitur Sandetus. Primo, non est certum à Pio quicquā decretū fuisse de Paschate: nam, quod apud Gratianū existat fragmentum de Consecratione, distinctione terria, fabulam ore pleno sapit: maxime, quia narratur historia Apocrypha Hermetis, cui Angelus apparuit specie pastoris. Tum clauditur hac phras, quæ solennis est Decretalibus fictitiis, *Quia non debetis à capite quoquomodo discedere*. Secundo, si quicquam pronunciauit Pius, non tamen ut supremus minister: sed ut Episcopos. Tertio venisse Romanum Polycarpum ob id dissidium, nemo Veterū narrat, sed duntaxat, cum *venire* Romanum, ea de re colloquutum esse, potuerit autem alias ob causas venire. Deniq; id *ine dubio impudentissime* mentitur Sanderus, imperasse, ut licet suis Ecclesiis sua consuetudine vt. Nam contra Irenaeus docet, nec à Polycarpo Anicetum, neq; ab Aniceto Polycarpum impetrare potuisse, ut à sententia discederet. Sed id ingenium est Papistarum, ut vetera omnia metiantur ex suis temporibus, tam religiosi antiquitatis cultores, ut putent, non ex primæua sinceritate suum faltum corrigendum, sed contra ex suo fastu veterem illam sinceritatem corrumpendam.

XIII. Tertium exemplum Cypriani. Is enim anabaptismi tuebatur erorem contra Stephanum Episcopum Romanum, scripta nominatim aduersus eum Epistola ad Pompeium, quam Pamelius optaret nusquam extare, qua ex professo Epistolam Stephani refutabat stylo acri & obiurgatorio. De eo tamen sic Augustinus contra Donatistas libri 5. c. 2. 5. Iam illa quæ contra Stephanum irritatus effudit, retractare nolo, quia & opus non est, eadem quippe ipsa dicuntur, que iam satis discussa sunt. & ea praterire melius est, quæ periculum perniciose dissensionis habuerunt. Stephanus autem, & abstinendos putauerat, qui de suscipiendo hereticis priscam consuetudinem contellere conarentur. Iste autem questionis istius difficultate permotus & sancta charitate visceribus largissime pruditus, in unitate eis manendum, qui diuersa sentirent. Ita quanuus commoriuit, sed tamen fraterne indigatur. Vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali discrepatione nullum inter eos malum schismatis oriretur.

XIV. Hæc Augustianus: vbi audis commotiōrem, sed tamen frateriam
in dignationem. Id significat Cyprianū ita egisse cum Stephano, vt cum fra-
tre, non cum principe, aut domino, aut deniq; Oecumenico: itaque putasse
nihil à absurdī comuniti, si non tantum ab eo discessiret, sed etiam vehe-
menter dissentiret: imo nō id tantum, sed etiam indignaretur. Audis in tantā
re Augustini sententiam, & quidem in libro, quem Poutifici Romano in-
scripti, cuius fuisse obseruancissimum negati non debet, Credidit ergo Cy-
prianum, et si disceparet à Romano Episcopo, imo vero Romanum acriter
ac publice increparēt: tamen non discessisse ab unitate Ecclesiæ, quantum-
vis Romanus decreuisset abstinentos, qui cum Cypriano facerent. Certe si
summi exstisset Episcopi Romani iudicium, vt eius arbitrio compo-
nendæ essent omnes in religione controversiæ, quis credat cum non fuisse
excommunicatum, & ab Ecclesia alienum, in quem ille eam tulisset senten-
tiā? Sed nimis nondum erat nata tyrannis.

XV. Ad haec historiam Bellarminus respondet, lib. 4. de Pontifice, cap. 7. sine dubio Stephanum non definiuisse tanquam de fide, hereticos non rebaptizandos, licet iussit non rebaptisari: ut patet ex eo, quod non excommunicauerit Cyprianum, & alios contrarium scientes.

XVI. Contra. Imo quod sine dubio esse Bellarminus asserit, contra est suam enim definitionem excommunicatione sanciuit: *abstinendos putauerat*, inquit Augustinus. Et apud Eusebium lib. 7. cap. 4. Dionysius narrat Stephanum scripsisse, *οὐ δὲ ἐκένοις τοιωτῶν, σε nullo modo cum iis communicaturum*, *ἐπεὶ τὸν εἰργαστὸν αὐτὸν οὐτίς οὐτε πάτησεν*, quandoquidem hereticos reba-
ptizant. Si est igitur definire questionem, eam excommunicatione sancite-
rum profecto hanc Stephanus definiuit. Sed fuit ea tantum comminatio,
inquit Bellarminus. Primo, qui scit, an vidit Stephani literas? Deinde quid
tum? Communitatus est excommunicationem, ergo non definiuit? Imo con-
tra communitatus est excommunicationē, ergo definiuit. Nam quis incertis
rebus, obscurō nec definito dogmate, audeat minari cuiquam separatio-
nem ab Ecclesia? Denique, cum publicatur damnatio cuiuslibet optionis,
paucū vix solet vila esse pronunciatio, sed tantum comminatio. Quia ipsa
pronunciatio pœna, partes audiri postulat, quas iudicari oportet ex præ-
scripto damnationis, que est vice legis. Itaque sine dubio Stephanus defini-
vit. Et definitionem suam excommunicatione denunciata sanciuit. At Cy-
prianus definitionem non admisit: nec tamen à posteris (nam Stephanus
quid facturus fuisset, cui tam breuis Episcopatus fuit, nemo dixerit) pro ex-
communicato habitus: mo pro sancto Ecclesie membro.

XVII. Quartum exemplum Athanasij qui semper & fuit, & habitus est
vere Catholicus à Catholicis: & tamen Communione Romana priuatus
à Sylvestro Pontifice. Ita legis in Epistola ad Viscum, Valentem, Gerini-
num, quam habes apud Baronium acni quinquagesimi, septimi, post ter-
tium seculum, §. 44. Cognoscat prudentia vestra, Athanasium, qui Alexan-
drine Ecclesia Episcopus fuit, prius quam ad Comitatum sancti Imperatoris
peruenisset, seculum iheras orientalium Episcoporum, ab Ecclesia Romana
communione separatum esse: sicut testis est omne presbyterium Ecclesia Roma-

na. Et post, Et hoc etiam scire volo, quod fratrem Fortunatum petrii, ut literas meas ad clementissimum Imperatorem perferat, quas ad Orientales Episcopos feci, ut scirent & ipsi una secum Athanajii communione me esse separatum-

C A P. I X.

De Episcopis intuitu Romano constitutis, & iudicatis

I. **S**icutiam invito Episcopo Romano, Episcopi & fungebatur ministerid
Suo, & deponebantur: Ergo is non erat Episcopus Occumenicus. Ve-
rum autem prius. Quare posterius falsum esse nequit. Antecedens probatur
exemplis.

II. Apud Cyprianum epistola sexagesima octaua Basiliades, & Marcialis Hispani, idololatriæ libellis commaculati, deponuntur ab Hispanis Episcopis. Basiliades Romanam proficiscitur: à Stephano restituitur. Sed scribit ad Hispanos Cyprianus, ne sic quidem esse recipiendos, *Ne rescindere ordinacionem iure perfectam potest* (nam deposito Basiliide ordinatus erat Sabinus) quod Basiliades post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessio-ne nudata est, Romanam pergens, Stephanum collegam nostrum longe possumus, gesta rei, ac tacita veritatis ignoramus, se felicit, ut exambiret reponi je in iuste in Episcopatum, de quo fuerat iuste depositus. Hinc habes, et si Stephanus definis-set Basiliudem restituendum, eademque opera Sabinum destituendum, tam-en credidisse Cyprianum, contra faciendum: nempe Sabinum confirmandum: Basiliidi vero obserendum.

III. Secundum exemplum ex Sozomeno, libr. 3. c. 7. Orientales Athanasium deposuerant. Injuste id quidem: Catholicum Ariani, sed deposuerant tamen. Is obtinet a Iulio litteras, quibus frater reddit ad Ecclesiam suam: vnde tamen rus sus expellitur, scribentibus ad Iulium Orientalibus ex Concilio, non debere eum suscipere, quos ipsi depositissent, sicut neque eorum praedecessores erant refragati, cum ab eius præcessoribus Nouatus eicaretur ab Ecclesia.

IV. Tertium exemplum ex Theodoreto historiæ lib. 5. c. 23. Flauianus Episcopus Antiochenus, cum esset constitutus post Meletium, ea res Oriëti, tum à Romanis, tum ab Ægyptiis odium valde diuturnum peperit. Contra Flauianum constitutus est, primùm Paulinus, deinde Euagrius, violatis Ecclesiæ legibus. Huius tamen communionem amplexati, vna cum Occidentalibus, Damasus, Syricius, Anastasius, tres sibi continuo succedentes Episcopi Romani, Imperatoris animum contra Flauianum concitare omnissime studuerunt, quorum intermedius Syricius annos quindecim Ecclesiam administravit, unde coniici potest, quam longo tempore haec durarit contentio. Photius sane in Bibliotheca c. 96. viginti numerat. Flauianum igitur Imperator iubebat Romanum proficisci. Ille respondit, si de fide accusetur, aut vita, subitum iudicium, fin oppugnetur propter sedem & præsumtum, libenter cœslurum, seque ipsum abdicaturum. Quibus auditis, iubet Imperator in patriam reverteri, Ecclesiam sibi commissam sedulo palcere. Rursus Episcopus Romanus ardore, Imperatorem accusare, tanquam tyrannorum in Ecclesia fautorum, quos tamen à Republica diligenter expelleret Imperator fubet et ponere, quodnam tyrranidis genus in Flauiano animaduersum esset, se enim eius partes suscepturn, & causam acturum in iudicio: quumque respoudisset Romanus, non posse se cum Imperatore disceptare, hortatur eum Imperator ad concordiam, maxime cum omnes Orientis Ecclesia Flauiano adhaerent, itemque Asiana, Pontica, Thracica, Illyrica. Huic adhortationi acquiescent tandem Occidentales; polliciti le similitatem deposituros. Flauianus igitur, iniitis, & contradicentibus tribus Romanis Episcopis, ac frustra anharentibus eum de solio perturbare, fruatur Episcopatu suo, & illi tandem coacti sunt eius electioni, quam, tot annis, tanta pertinacia, oppugnarant, consentire. Episcoporum autem Romanorum voluntati obstatuerunt, non Imperatoris solius autoritas, sed etiam infinitus Episcoporum numerus, atque horum constantia vicit tandem illorum pertinaciam.

V. Quartum exemplum Ioannis Chrysostomi, qui, cum factionibus Theophilii & Epiphani deponeretur de Episcopatu, Romam scripsit ad Innocentium, ut sibi auxilium ferret. Et eius quidem depositionem agrebat, ut fieri debuit, tulerunt Occidentales: atque Innocentius Romanus ante alios, diligentissime laborauit. Sed quo successu? Audi Photium Bibliothecæ C. 96. à dī P' dñis l' mākīnō nō dā vōtē G' zīs i' p'v'nto. eī n' d'm'c'nt' G' zīs r'v'w' aū G' h' a' d' d' , Romanus Innocentius multum pro eo laborauit, quanu's fru- stra fuerit eius studium. Itaque rescripsit nullam spem reliquam esse auxiliij, nisi in Concilio, cuius conuocationem iam pridem necessariam censebat. Ioannes autem ei gratias sic egit, Perpetras vobis gratias agimus, quod pater- nam erga nos benevolentiam declaratis. Nam, quantum in vestrapietate situm fuit, iam res omnes sedatae, & emendatae, & sublata omnia scandala fuissent, gaudentes Ecclesia tranquilla, & sincera pace: & essent plane secunda omnia, neque contempta leges, neque violata Patrum constitutiones forent. Hæc ille, qui cum Innocentium aguoscit fecisse quod erat in eo, non tamen perfecisse, quid aliud ostendit; quam non fuisse tantum Romani Episcopi autorita- tem, ut ea sola restituiri posset Constantiopolitana Ecclesia in bonum sta- rum?

C A P. X

An iudicari potuerit de Episcopo Romano in ordinis Ecclesiastico.

I. **N**ihil Oecumenicus Pontifex ab alio iudicari potest. At Episcopus Romanus ab alio iudicari potest. Ergo Romanus Episcopus non est Oecumenicus Pontifex. Maior propositio patet ex ipsa aduersariorum confessione, immo professione constanti. Ad minorem autem probandam multa congeruntur argumenta à Nilo, & Caluino, item apud Ioannem de Turrecremata, quæ Bellarminus excutit c. 27.18.20. & 30.1.2. de Pontifice.

ccc Earos

Ea nos argumenta non omnia quidem assumemus, sed tantum quæ legitima videbuntur. Nam ex iis, quæ sumit Bellarminus à Ioanne de Turrecremata, nonnulla mihi quidem probati non possunt varias cibas, quas enumerare nihil est necesse. Et solidius ni fallor, refutari queant, quam à Bellarmino. Cæterum reuoco ad duo capita: primum de Ecclesiastico ordine: alterum de Politico. Et de illo prius.

II. Primum igitur argumentum: Si Paulus confert suam doctrinam cum Apostolis: seque Petrus acriter obiurgari passus est à Paulo, quo iure Papa Romanus nulli mortalium de factis, vitaque sua rationem reddere vult?

III. Bellarminus respondet. Primo: Pauli exemplum pro se facere. Ideo siquidem ad Petrum accurrisse, & cum eo contulisse Euangelium, quia Petrum maiorem se agnosceret. Et exemplum posterius dare vellet, vt ad Petri sedem in eiusmodi rebus accurrerent. Hieronymus epistola 11. inter Epistolas Augustini. Theodoretus ad Leonem. Secundo Petrum passum esse se obiurgari à Paulo, quod esset non iudicialis, sed fraterna correptionis. Non enim reprehendit Paulus, quomodo maiores de minoribus ex autoritate iudicant: sed quomodo minores, interdum maiores suos ex caritate corripiunt. Augustinus Epistola 19. ad Hieronymum: Gregorius homilia 18. in Ezechielem.

IV. Contra. In priori falso sumitur. Nam nec Paulus se minorem agnouit Petro: cum cōtra testetur *διὰ τὸ περὶ τοῦ Ἰωάννου διατρίβειν, nullae in inferiori fuisse summis Apostolis.* In quibus non potuit non esse Petrus. Nec ad Petrum accurrerit: sed Hierosolyma, vbi non Petrus solus erat, sed & alii: maxime Iacobus, & Ioannes, cumque iis omnibus contulit de Euangelio, quod predicabat inter gentes. Itaq; hoc exemplū non potest facere pro Oecumenico Pontifice: alioquin, si ex eo q; Petrum cōsuluit, minor esset agnoscendus: tum profecto esset etiam minor Iacobus & Ioannes, quos aequē cōsuluit ac Petrum. Et similiter & quæ exemplum dedisset accedendi ad sedem Hierosolymitanam, & Ephesinam: quod quidē Catholici concedent. Quis enim negat debere mītūam Euangelij predicatores communicationem vivere? Quanquam, cur sedibus hæreamus non video. Quia enim & sedes nō semper ab eiusdem meriti perlonis occupantur: & si occupantur, tamen non sola: longe melius dicamus exemplum nobis à Paulo datum, vt quoties opus erit, accurramus ad eos, iu quibus Spiritus Diuini *περιπλέκεται*, tota agnoscet Ecclesia. Sic quis dubitet cum Romæ sederet Felix, substitutus in locum Liberij, non libentius accurrit Catholicos ad Alexandrinam sedem, cui Athanasius p̄er̄erat? Aut diu post ea tempora, cum Romæ p̄esentent Pontifices adeo imperiti stupidique, vt vix literas noscent, vt testatur Alphonsus de Castro; quis neget longe sibi melius consuluisse eos, qui in rebus dubiis aliunde consilium sibi experterent? Et quidem nihil Hieronymus loco citato dixit, quod Bellarmino faueat: nam neque de exemplo quicquā: neque de inæqualitate: tantum dixit, tanta: autoritatis Petrum fuisse, vt ad eum Paulus aſcenderet. At id comparationem nullam p̄affert: potuit enim magnæ, imo maximæ autoritatis esse, vt tamen non maioris. Theodoretus autem quid? Si Paulus ad Petrum cucurrit, multo magis ego ad Apostolicam sedem. Hæc summa: Egregium vero fundamentum: Oecumenici Pontificatus! Denique ad vim argumenti nihil respondetur: quæ est eiusmodi: Si Paulus Apostolus, hoc est, omnibus Episcopis maior, non agnouit se *αὐτονόμος*: multo minus id sibi arrogare debet Romanus Pontifex, longe minor Paulo.

V. In altero, dico fuisse quidem fraterum correptionem, sed acerbam. Ideo: non admonuisse, sed *καὶ οὐταντανεγνώσκει*, dixit Paulus, *in facie refluisse*, quod certe longe est aliud, quam simpliciter admonere. Sed & addit, *οὐκανηρωπός* & *λύτρων*, quia condemnandus esset: absurde dictum, si Paulus Petrum agnouisset *αὐτὸν*. Porro Papæ non adeo subtiliter distinguunt, cū de sua autoritate agunt. Non enim tantum legas, *Nemini de sedis Apostolica iudicio licet iudicare*. Sed etiam, huius culpas isti redarguere presumit mortalium nullus. Audin: *mortalium nullus*. Esto, distinguat Bellarminus, fraterne reprehendentes, ab iis qui iudicaliter. Separantur ij qui reprehendunt tanquam maiores, ab iis, qui tanquam minores. Sed respondeat Sophista: sunt: ne fraterne reprehendentes: sunt: ne ij qui reprehendunt tanquam minores: sunt: ne, inquam, illi, in mortalibus? Stupor erit negare. Audiigitur: quod viliter repero: huius culpas isti redarguere presumit mortalium nullus. Ergo neque fraterne reprehendentes: neque ij qui tanquam minores ex caritate corripiunt.

VI. Secundum argumentum: Romanus Pontifex Honoriūs à sexta Synodo non solum iudicatus, sed etiam damnatus, tanquam Monothelita. Ergo Episcopus Romanus potest iudicari.

VII. Bellarminus: Honoriūm in causa fidei iudicatum atque damnatum esse. Neque se negare, quin Pontificem hæreticum Ecclesia iudicare possit. Neque id contradicere alteri propositioni, Papam à nullo iudicari possit, idque alias se ostensum.

VIII. At nos de huius historiæ veritate alias prolixè egimus, cōtra Bellarminū, Sandeū, Baroniū: vt nunc nihil sit opus eandem telam retexere. Reliquaigitur videamus. Certe, si à nemine prouersus iudicari potest Papa: nulla ratio relinquitur, qua cohiberi possit, cū incidit in hæresi. Imo potius, omnis via p̄æcluditur cognoscendi, an sit hæreticus, quia inquirere in doctrinam Papæ, iam est de eo iudicare. Tum vero, *omnes iunctiones Apostolica sedis accipiente sunt, tanquam ipsius diuina voce Petri firmata*. Et contra ipsam diuinam Petri vocem quicquam Christianus audeat hiscere? Deinde, absurdum est concedere Papam hæreticum condemnari posse: & interim negare Papam posse in hæresin incidere. Sed hoc quandoquidem in aliud tempus Bellarminus differt, & nos pergamus ad alia.

IX. Tertiū argumentum: Multæ sunt leges latæ de Episcopis, cum ab Apostolis, tum à Conciliis: quæ cōrte omnes Episcopos ligant. Papa autem nihil est quam Episcopus. Ergo tenetur iis legibus: proindeque iudicari potest.

X. Bellarminus: Papam teneri Ecclesiasticis legibus, quoad directionem, non quoad coactionem, vt iurisconsulti de principe loqui solent. Deinde, quanvis Concilia, tam generalia, quam particularia, interdum de Episcopis vniuersaliter loquantur, cum leges ferunt: tamen de iis solam intelligi debent, qui subiecti sunt legislatori, quod ex Conciliis particularibus planum fieri potest, quæ lèpe dicunt: Si quis Clericus, si quis Episcopus, & tamen constat legibus illis non ligari clericos, aut Episcopos eius prouinciae.

XI. Hæc est vis argumenti: Omnes Episcopi tenentur legibus lati de Episcopis: Romanus pontifex est Episcopus: Ergo tenetur iis legibus. Ref 5 detur per distinctionem, duplicitate legibus teneri Episcopos, vel quoad directionem, vel quoad coactionem. De directione admitti conclusionem de coactione, maiorem negari. Sed hæc directionis & coactionis disparatio impudens est adulatorum commentū, qui Episcopum Romanū voluerunt ex quare, aut potius anteferre politico magistratu, & quidem summo. Verum, quam intempestive, sic cognoscas. Ij dicūtur teneri legibus, quoad directionem tantum, qui summi sunt in Republica magistratus, id est, qui ipsi eas leges condunt, suaque autoritate sanciunt. At nos loquimur de legibus lati non ab Episcopo Romano, sed vel ab Apostolis, vela Conciliis. Deinde, ij qui tenentur tantum ad directionem, leges nullas ferunt de seip̄is, sed de aliis, ita Rex nullam legem fert de Regis officiis, sed de suorum subditorum. Itaq; iis legibus ipse non tenetur, quia non est subditus, sed Rex. At nos loquimur de legibus lati de Episcoporum officio. Et addimus Romanum ipsum esse Episcopū, itaq; eas leges necesse est latas de eius officio, latas autem non ab ipso, sed ab aliis. Itaq; valere non debet ea distinctione, & dicendum, quandoquidem ab aliis, sive Apostolis, sive Conciliis, latæ sunt leges de officio Episcopi Romani, ideo teneri Episcopum iis legibus, non tantum quoad directionem, sed etiam quoad coactionem. Atque hoc eos necesse est faciēti, qui agnoscunt Papam hæreticum posse iudicari, & deponi. Nam cæge, quæ prohibet Papam esse hæreticum, necesse est quemlibet Papam tenere, quoad coactionem.

XII. Quod artinerat alterata responsionis partem, dico argumentum p̄eti, non ratione loquendi, sed ab ipsa legum & Episcopatus natura: nam quæ leges feruntur de Episcopatu, iis omnes Episcopatu fungentes, teneri oportet. Itaque, vel negandum Romanum esse Episcopum, vel omnino cedendum. Deinde, non omnes leges latæ sunt à particula:ibus Synodi, sed multa etiam ab vniuersalibus. Quemadmodum autem particulares Synodi, omnes obligat suæ ditionis Episcopos, sic vniuersales vim habent in omnes totius orbis pontifices. Deinde, quia particulares suis legibus ligant omnes sua prouinciæ Episcopos. Ergo & Romanus tenebatur legibus Synodi, non tantum vniuersalis, sed etiam particularis suis.

XIII. Quartum argumentum: Sexta Synodus nominatim Romanæ Ecclesiæ legem p̄escribit, Canone 13. vt permittat presbyteris, diaconis, & subdiaconis, vxores. Canone 55. ne ieiunet Sabbatho in quadragesima.

XIV. Respondet Bellarminus, primo, de Concilio, postea de Canonicis. Eam Synodum non fuisse sextam Oecumenicam: sed aliam quandam aliquot annis serius celebratam, & à Romanis pontificibus nunquam probatam. Et sane verum, annis aliquot post sextam Synodum hanc esse celebratam. Sed, vt habeatur in actis, conuentientibus suis iisdem patribus, qui sextam fecerant. Et non proprio quidem motu, sed eadem autoritate, qua reliqua solebant Synodi contucari: nimisrum Imperatoria Iustiniani, Synodus testis, quæ alloquens Imperatore, enarratis incommodis orientibus ex defectu Canonum quintæ sextæque Synodi *τὸν αὐτὸν τὸν τελεῖον γέλαστον οἰκεπεδικὴ συναρχοῦσιν* (forte *οὐαρχοῦσιν*) *τούτοις ἡ εὐαγγελία*. Sædam hanc & à Dao collectam generalem Synodum conuenire defintiuit. Nam quod negat Bellarminus dici posse Sextam instauratam: primo quidem nihil nos mouet. Quid tunc enim, si fuit ipsa perse Synodus Oecumenica? Deinde, non recte probatur non fuisse. Quid enim? Non fuerunt iidem praefides, non idem Imperator, non idem numerus Episcoporum. Valeant ista, & non similia possumus obiicere Synodo Tridentinæ: quæ duos vidit Imperatores Carolum quintum, ac Ferdinandum: Pontifices Romanos, primo Paulum tertium, & Iulium tertium, deinde, omissis intermediis, Marcellum secundo, & Paulo quarto. Instauratam est à Pio quarto: non iisdem praefibus, non etiam eodem Episcoporum numero: imo ne iisdem quidem Episcopos. Quæ si non obstant quominus anno eius seculi sexagesimo secundo instaurata sit eadem Synodus, quæ desierat anno quinquagesimo secundo, cur vim habebunt maiores contra hanc Trullanam?

XV. At hanc Synodum Papæ non probarunt. Esto, inquam. At id p̄p̄ licere, nos negamus, vt de eius foliis sententia, iudicentur Oecumenica Synodi. Improbabat Leo Ephesinam *λαγεράλω*: nec tamen obtinere potuit, vt vim suam nō haberet, donec ita iudicatum, decretumq; est in altera Oecumenica Synodo. At hanc Trullensem nulla vniquam alia Synodus Oecumenica reprobauit. Tulit Constantinopolitana prima legē de priuilegiis pontificis Constantinopolitani, quam etiā non probarent Romanī, tamen tollerare nunquam potuerunt, imo tandem oportuit consentire.

XVI. Et hactenus de Synodo. Iam de Canone 13. & 55. Ille dicit Apostolorum & veteris doctrinam se proponere, cum vxoribus contubernali clericis permittit. At id falsissimum. Nam Carthaginense secundum canone 2. vult Episcopos, Presbyteros, Diaconos, vxoribus abstinere, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Epiphanius hæresi 29. negat Ecclesiam non suscipere vnius vxoris virum adhuc gignentem, & si qui recipiunt, id esse contra Canonem. Porro Canon sexagesimus quintus, agit de re indifferenti, de qua nec potuit nec debuit legem posse Latinis.

XVII. At primū, etiā in re ipsa peccatum concederetur, tamen non infirmatur argumentum. Nam similiiter Romani Pontifices multa absurdia p̄aceperunt, quibus tamen omnes volunt teneri. Imo *Διαγνώστας* clamant, *Liceat vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus: & p̄ia deuotione toleremus.* Quid Concilia? Ut omittant plurima, nonne credidic Ecclesia Romana iniquum esse canonem de priuilegiis Constantinopolitanis Antistiticis? Et tamen legis vim habuit Potuerit ergo errare in iudicando Synodus Trullana, at verum est, eam existimasse suæ esse dignitatis, imo etiam iuris, leges ferre Romanæ Ecclesiæ.

XVIII. Secundo, de Sacerdotiū vxoribus, non mentitur Canon, se ponere Apostolicā & antiquā doctrinam. Paulus enim Episcopū describit vxoratū, & c. prioris ad Timotheum. Et constat fuisse multis Presbyteros, atq; Episcopos, vxoratos. Quin Apostolicus canon 6. *Επίσκοπος ἀνήστρεψεν*, & *Διάχονος* *τὸν εἰσπάτερον* *τοῦ προστάτου* *επέδοιτο*. Diaconū, iuxta uxore ne dimittat, pretextu religiosus. Si dimitterit, destitutus, si perseveraverit, excōmunicetur. Synodus Gangensis, Eustathianos perstringit, q; presbyteros

LIBER DECIMVS QVARTVS, C A P . XI.

303

XIX. Nam quod Carthaginensem attinet Synodus; & Epiphanius, respondeo quod res est: falso Apostolos iactari, falso Antiquitatem laudari, falso Canonem ostentari. Nam Apostoli ipsi vxoratos magnam partem, descripsierunt nobis Episcopos vxoratos, nunquam vel indicio nuptias clericis prohibuerunt. Antiquitatis, tum vsus, tum doctrina, idem confirmat. Denique cuius ante Epiphanius Concilij is canon est: Sed hac de re alias suo loco.

XX. At habet Bellarminus quod opponat sexto illi canonii Apostolico. Eo pricipi ut vxoribus Clerici prouideant, quæ ad viatum sunt necessaria: non vero viis cohabitent commercio maritali. Nam primo sic interpretatur canon in Trullanis 48. deinde, alias pugnare cum Trullanis Canonibus, quia non tantum Clericis minoribus; sed etiam Episcopis præcipitur: ne vxores abiciant: Quum Trullani, minoribus Clericis, at non Episcopis viorem permittant.

XXI. At ea interpretatio non est Canonis Apostolici, verum impostura: nam *παρεξεις* significat rei certe à se, amouere: quare *παρεξεις* non potest sobri exponi, prouident quæ ad viatum pertinent: sed ne ieiunat à se, siue, ut loquitur Christus Matthæi 5. *μὴ δολούσῃ, ne dimiserit, οὐκ εἰχόπειται*, ne diuinitus fecerit, ne se scribit. Et veroque Synodus Gangrensis vitetur. Itaque Zonaras hoc ipsum *διατάξαται*, exprimit per *παρεξεις* dimittere: & opponit *παρεξεις* assumere. ei παρεξεις διατάξαται, is propter τὸν γαμήλιον καὶ φρεστερὸν αὐτὸν παρεξεις, aut hoc. Si prætexture religionis quisquam in sacris suam uxorem dimitat, deponatur: donec nimis persuaderi poterit, ut eam assumat.

XXII. Iam quod audis de explicatione Canonis 48. merum est mendacium. Recito: *Vxoris eius, qui ad Episcopalem dignitatem promotus est, communis viri consensu prius separata, postquam in Episcopatum ordinatus est ac consecratus, monasterium ingrediatur, procul ab Episcopi habitatione exstructum.* & Episcopi prouidentia fruatur. At hęc profecto Canonis Apostolici nullo modo meminerunt; sed rem potius recens sancitam significant. Itaque longe verisimilior alia responsio: pugnare Trullanos Canones, cum illo Apostolico. Nam, cui sano contraria non erunt, τὸν *παρεξεις*, & τὸν *διατάξαται*. Præterea, τὸν *μηρανέα* εἰς τὸν πόρρω τὸν *Ειπονότα καταργώντας* *προστάτους*, quis non idem esse censeat cum *εἰχόπειται*, quod Gangrenses dicunt: illud autem, Episcopi prouidentia fruatur, quid est: quandoquidem amandatur in Monasterium vxor? An quia in Monasterio ei non prouidebantur quæ ad viatum? Ipsi viderint.

XXIII. Sed contradicere Canonii Apostolico Canonem Trullensem, qua de Episcopis, ego cur dubitem concedere, quum diserte Græci afferant: sic Balsamon ad quatuor Apostolicum. Ante sexcam Synodum, quæ fuit in Trullo palati, licebat Episcopis habere uxores, etiam post dignitatem Episcopalem. Et ad 48. Trullenum. Sancti quidem Apostoli in quinto Canone, definites, Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, suam uxorem ne eisiciat pietatis prætextu, concesserunt Episcopis post ordinationem habere proprias uxores. Praesertim autem S. nodi sancti Patres in duodecimo quidem Canone definierunt, quæcunque illis definita sunt. Nunc autem ibi sunt cum qui electus est Episcopus, ab ea quam habet uxore, communis consensu separari. Et priuino tomo iuris Greco Romani, capite de Clericis uxores suas prætextu religionis cūcidentibus: τὸν δίκαιον τοῦτο τὸν δικαιοδοξαντικὸν, τὸν δικαιοδοξαντικὸν, τὸν δικαιοδοξαντικὸν. Huius Canonis Apostolici decimus tertius sextus Synod. Canon ipsiusmet verbis meminit, absque tamen Episcopi adiunctione. Hac enim Synodus Synodus prima fuit quæ sanciuit, ut vxoribus suis Episcopi renunciarent. Zonanus in 5. Apostolicum: *Μέμνητε δὲ ἐκαθάριστον τὸν γυναικεῖον τὸν γυναικεῖον*, τὸν τρέπασθε σύνοδον τὸν γυναικεῖον, τὸν γυναικεῖον τὸν γυναικεῖον. Meminit Canon. hic Apostolicus, etiam Episcoporum habentium uxores: quia tunc etiam Episcopi non prohibebatur legitima cum vxoribus copula. Nam Synodus in Trullo, quæ sexta dicitur, hoc prohibuit duodecimo Canone.

XXIV. Est igitur reuera statutum in ea Synodo aliquid noui, & contra Canonem Apostolicum, quæ scilicet agit de Episcopis. Nisi forte commoda adhibetur interpretatio; quam ipsa vocabula non difficulter admittunt: à quibus videtur haec tenus discessum. Textus enim sic habet: *Εἰς τοὺς παροντας αἱ αγράδεις γυνὴν τὸν κηρύκειον τοῦ μαρτυρίου τοῦ εἰσεισιν αὐτὸς τοῦτον εἰσεισιν.* Vulgo ita vertitur: *Vxor eius qui ad episcopalem dignitatem promotus est, communis viri consensu prius separata, postquam in Episcopum ordinatus est ac consecratus, monasterium ingrediatur.* Male & imperite: Sic potius oportuit, *Vxor eius qui ad Episcopalem dignitatem prouochitur, communis consensu prius à viro separata*; post eius in Episcopum consecrationem, monasterium ingrediatur. *τοῦτον δικαιοδοξαντικὸν γυνὴν*, significare potest tum eam, quæ separata sit ante electionem, tum eam quæ post electionem. Itaque inuestigandum, utrum certius. Sic ego quidem existimo significari: si eius vxor ante eam electionem fuerit separata, ut non quidem iubatur separari: sed si sit separata, includi in monasterio. Ratio, quia sic constructio facilior: deinde quia requiretur *κηρύκειον*; hoc est, communis consensus utriusque partis: nam quod vulgo est, communis viri consensu, ridiculum est. Sed is igitur consensus communis, suspenderet electionem: imo vero irritum faceret, si forte non consentiret vxor: quod creberimne accideret. At id nunquam, vel fando auditum est.

XXV. Sed haec tenus de re ipsa: cuius prolixior tractatio in aliud tempus differenda est. Nunc autem quid tum, si, qua de Episcopis, contradicunt est? At qua de minoribus clericis, non est contradicuum. Et hac parte Canon non latu est, quo agitur de Ecclesia Romana. Itaque Synodus Trullenensis vere potuit dicere: se quarenus statuebat, ut ne Romana Ecclesia Presbyteris, & Diaconis interdicaret vxorum vsu, sequi doctrinam Apostolicam & Antiquam.

XXVI. Ieiunium Sabbathi volim serio à Papistis agnosciri in indifference. Tern. II.

rentem. Non enim tam severo exigent. Sed quid tum? Si est indifferens? An nullæ possunt ferri leges de rebus indifferentiis? An ipsa Ecclesia Romana nullas unquam tulit? Imo ita ea, siue lex erat, siue consuetudo ieiunandi Sabbathi quadragesima. Ego simili libertate vfa Synodus, ausa est eadem de re facere. Vtra melius; queri potest: Nos quidem, utramque male: nam si res est indifferens, vt Bellarmine fatetur: tum neque præcipi debuit, neque prohibeti. Sed factum tamen, vt quod Romani peccabant præcipiendo: Synodus correxit: etiam ipsa peccans prohibendo. Sed tamen corrigit: aut certe reprehendit. Nam neque iam tum ea erat Ecclesia Romana, quæ se corrigi patretur; quantumvis peccantem.

XXVII. Quintum argumentum: Intolerabile est inolle Papam sanctorum Patrum Canonibus subiici: quum tamen habuerit ipse à Patribus suam dignitatem, quancunque unquam habuit supra reliquos Episcopos: Bellarmine negat à Patribus: sed potius à Christo Papam accepisse hanc suam autoitatem: prænde Christo, non Patribus subiici debere. Sed hæc nativa est Paparum ingratitudine: vt nou tantum negent se à quoquam quicquam accepisse: sed etiam in eosipso à quibus accepserunt, si quid habent: audacter infurgant. Sic in temporalibus. Testantur historiæ, quicquid Romanus habet diuinitarum, à principiis seculi liberalitate manans: hodie contra, satagit, ut persuadere nihil principes possidere, nisi ab iis acceptum. Hoc certe prolix Bozios. Quid hoc? Nempe, qui fordescit, fordescat adhuc. Et qui volunt decipi, decipiuntur.

C A P . XI.

Romanum Epif. opum suis subditum Imperatorum.

I. **A** Tque haec tenus de ordine Ecclesiastico: sequitur, ut de politico. Et hic obnoxium fuisse Romanum Episcopum Imperatoris autoritati probo.

II. Primum argumentum: Olim Romanus Episcopus Imperatorem agnouit Dominum suum, ergo eius autoritati fuit obnoxius. Probatur antecedens: nam consequentia est manifesta. Gregorius eius nominis primus lib. 3. Epistola 61. serenissimum Dominum suum appellat, se vero indignum eius seruum; eique facetur debere obedientiam. Libri 4. Epistola 31. Sacerdotibus non ex terrena potestate Dominus noster citius indignatur. Et 34. In omnipotente Deo confido, quod longam pīs Dominis vitam tribuet, & nos sub manu vestra secundum suam majoricordiam disponet. Hanc obiectionem Bellarmine sumit à Caluino, ex Institutionis libro quarto, capite undecimo, §. 12.

III. Responder autem: Primo, Ioannem Diaconum libro 4. vice ipsius, c. 58. referre, Gregorium vocasse omnes Sacerdotes fratres, omnes clericos filios; omnes laicos Dominos. Inde tamen non colligi ab omnibus laicis iudicarum. Quia autem humilitate seruum se Imperatoris dicebat, eadem petitiones eius tanquam mandata & imperia accepisse. Adde eodem tempore Imperatorem obtinuisse temporale dominium in urbem; Gregoriumque eius ope & amicitia valde indignisse. Secundo: si personam cum persona compares, absolute Imperatorem esse otium, Pontificem pastorem, iudica: ergo illum ab isto, non contra debuisse: itaq; pīs Imperatorem sāpe à Pētūribus iudicatos fuisse, nunquam contra Pontifices pīs ab Imperatorib. pīs Imo ne imperatum quidem iis esse. Tertio, Gregorium eadom Epistola trigesima prima libri quarti, eti se seruum Imperatoris dicat, tamen addere, debere Imperatorem Sacerdotibus reverentiam exhibere: quod certe inferioris est, non superioris. Quarto, non tacuisse Gregorium, quum ab Imperatore simplex appellatus esset; eo verbo sibi factam iniuriam: Et tamen, quantula esset iniuria, si Dominus seruum, iudex reum simplicem appellaret.

IV. Verum, obseruemus Bellarmini vestitiem. Hoc enim argumento Caluinus vitetur, non ad hanc de Episcopo Romano iudicando controvēsiam: verum ad aliam, nempe vtrum donatio, quæ iactatur Constantini, sit vera an falsa: qua donatum Sylvestro ferunt dominium temporale urbis Romæ, atq; insignia Imperialia. Esse vero impudenter ementitam hi loci abunde euincunt: ipso etiam teste Bellarmino, qui facetur hæc ita dicta à Gregorio, quod tum Imperator haberet Dominum temporalem in eam urbē, quod si est, ergo Constantinus, qui ante Gregorium mortuus est, annis plus minus 250 id dominium non transtulit in Episcopum Romanum.

V. Et tamen non solvit argumentum. Nam, quod si seruum Imperatoris dicat Gregorius propter modestiam, non abauerim. Est enim quædam modestia: immo est ea vera modestia, quæ suum gradum & nouit, & facetur. Quod si intelligat Iesuita simulationē illam, qua nos alii subiicimus, quib. nihil sumus inferiores, ut quum se Dominus Dominaorum ille Gregorius successor, vocat seruum seruorum: tum afferam sumi salutem, refelliq; Bellarmine, tum en eo loco, quum Imperatorē Gregorius hortatur, ut sic dominetur Sacerdotibus (in quib. scipsum numerabat, nam suum negotium tum agebat) ut tamen eis debitam reverentiam impendat: sed etiam ex Epist. 61. lib. 2. in qua se seruum Imperatoris appellat iure Reipublica: pauloq; post, Deum sic introducit loquentem ad Imperatorem, Sacerdotes meos tua manus cōmisi. Etsi igitur omnes laicos solitus esset Gregorius Dominos appellare; tamen necesse est id alia ratione esse factum, quam quum Imperatorem. Nam personarum erat immensus discrimen, quod si facile discas ex actione quinta Concilij Constantinop. sub Menna; vbi, in libello Episcoporum ad Imperatorem leges *τοῦ δικαιοδοξαντικοῦ γυναικεῖου*: Et qui se stravet in gloria meruit: quæ verba significant Agapetum Papam Romanum venisse in aulam Imperatorem: sed ita, ut phrasis mire exprimat magnam inæqualitatē; quantum hodie neq; facta neq; verba referant vila. Est etiam falsum appellasse mandata quæ erant tantum petitiones Imperatoris. Nam eadē epistola 61. quā ad eum legem misset imperator, ne milites in monasteria reciperentur; etiā eam serio improbat: dixit tamen se in diuersas terrarum partes transmisso, quia subiectus esset eius in fidionibus.

VI. Habiuisse tum temporis Imperatores dominium in urbem Romanum

ccc 2 verum

verum est, quo sceleratores Gregorij posteros fuisse fatendum; qui id iuris sibi usurparunt. Sed hoc ipso prodit causam suam Bellarminus. Nam si propterea Dominus fuit Imperator Episcopi Romani, non ergo ex eius Episcopi modestia tantum, deinde, est igitur verum, vere obnoxium fuisse domino temporali Imperatoris; indeque eius iussionibus non tantum petitionibus.

VII. Indiguisse eius ope & amicitia Gregorium, non est incertum. Sed primum, per illud oportet fuisse Gregorium, qui pontificatus dignitatem tanto maiorem imperatoria, quanto Sol Lunam superat, subiicere imperatori non sit contatus, quia eius ope indigeret, ad bona sua temporalia conservanda; ut Bellarminus afferit. Erat id hinc, quod dicunt, aureo piscari: immo erat Simoniacum quiddam, quia spe commodi temporalis credebatur de dignitate spirituali. Aut, si non fuit perfidus; quid non sunt cum fecuti Episcopi, qui, et si videant sibi eandem ob causam, tum Imperatorum, tum Regum auctoritatem que opem necessariam, eorum tamen nullus dignatur Dominum appellare? Ilmo adiungunt ad oscula pedum? Nam isti sunt; illo si non magis sancti, at magis Papæ.

VIII. Vsum esse Imperatorem Gregorij opera in administranda Republica, et si vix sit verisimile, tamen concessum, nihil ad hanc rem facit. Nam etiam in rebus Ecclesiasticis agnoscit Imperatoris iussiones & imperia, ut, quod iam dixit, quum ageretur de militibus non admittendis ad vitam monasticam. Item, quum de conciliatione cum Ioanne Constantino-politano, de qua sic loqui inuenias epist. 31. libri 4. Serenissimus iussionibus tuis obedientiam prebeo.

IX. In secundo responso; Imperatores oves esse fateor, sed primum in iis rebus, quae proprie sunt religionis, qualque ipsi pariter obeunt cum singulis fidelibus, at non in negotiis politici, quaeque ad Rem publicam spectant. Deinde, non tantum pontificis Romani, sed etiam cuiuslibet Episcopi intracuius ditionem versantur, ut Ambrosij, apud Mediolanenses; Gregorij Nazianzeni, apud Constantinopolitanos. Itaque, quemadmodum non sequitur, Theodosius erat ovis Ambrosij, ergo Ambrosius non fuit minor Theodosio, simile iudicium est de Romano. Tertio, falsum est prius pontificibus nunquam Imperatores quicquam imperasse, aut eodem iudicasse. Nam Constantinus, prius Imperator, Cecilianum prius Pontificem Carthaginem sem iudicauit. Et Gregorius prius agnoscit Imperia prius Imperatoris. Quarto, quid intercesset nostra, si prius Pontifices prius Imperatores nunquam iudicassent; quum constet ex historia saepe animaduertisse in eos qui ab officio discederent?

X. In tertio responso; patet Gregorium sic exigere ab Imperatore reverentiam in Sacerdotes, ut tamen eum agnoscatur dominari: quod certe superioris est, non inferioris. Esse vero reverentiam nullam maioris in minori, falsum est: nam apud Ethnicos absque ullo dubio sacerdotes regibus erant minores: & tamen censebant Achium apud Homerum debere Agamemnonem *μείζονα* ipsorum. Et sane non illos tantum veneramur, quorum ex munere aliquo publico maior est autoritas, aut potentia, sed eos etiam qui aetate, prudentia, pietate excellunt: eos etiam, qui rebus sacris sunt destinati. Quid? nonne olim Episcopi sese inuicem reverendissimos, *μείζουμενος* appellabant? In actis Synodorum milles reperias, & in Epistolis familiis.

XI. In quarto responso; dico, sic queri Gregorium de Imperatore, ut tamen suam obseruantiam solicite testetur. Nihil autem obstat, quominus modestus inferior conqueratur de iniuria sibi facta a maiori. Porro non recte hic a Bellarmino seruus opponitur domino, reus iudicii. Etsi enim primaria sit ea vocabulorum usurpatio; tamen postea inde deflexum est: ut dominus si significetur, qui imperat, sive dominatur iure Reipublicæ, aliis qui tamen ipsi liber sint, non serui. Et Reos iam pridem illos Latiani appellantur, non simpliciter qui iudicem agnoscunt quempiam, sub cuius degunt autoritate; sed qui coram eo accusantur. Quare his vocabulis nihil promovit Bellarminus, nisi ut ostenderet, se odiosis vocabulis inuidiam conflare conari ei causa, quam solidis argumentis nequit oppugnare.

XII. Secundum argumentum. Dominus noster Iesus Christus Imperatorem potestatem supradicte agnouit. Multo igitur magis Papa Romanus, qui se Christi vicarium ostentat. Antecedens probatur decisio nono Ioannis, quum Pilato Dominus dixit, *Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset de super.*

XIII. Respondeat. Christum de iure nulli homini subiectum fuisse, sed sponte propter nos sese Pilato subiecisse, non committendo eiamquam supra se autoritatem, sed tolerando humiliter eam quam habuit de facto, non de iure. Ob eam causam docuisse Matthæi 17. se non teneri tributum reddere, & tamen iussit dari propter scandalum tollendum. Locum Ioannis intelligi vel de permissione diuina, iuxta Cyrillum, & Chrysostomum, vel de potestate iurisdictionis, iuxta Augustinum, & Bernardum. Priori sensu, sic dictum, ut Lucæ 22. *Hoc est hora vestra, Et potestas tenebrarum.* Posteriori, *Cui tamen non tam est literalis quam prior* Pilatum habuisse potestatem in omnes quidem Iudeos, Imperio Romano subiectos, per se, at per accidens in Christum, sibi oblatum, ut aliquem de vulgo Iudeorum. Quemadmodum sit clericum, mutato habitu, prætor iudicaret.

XIV. Sed haec responsio sophistica est; quia alio sermonem auertit. Non enim querendum, quomodo id Christus fecerit, sponte ne an necessario, sed an ea submissio possit in exemplum trahi. *Quis neget sponte Christianum pedem lauisse suis Discipulis;* & tamen, *Exemplum præbui vobis, ut prout ego feci vobis, ita & vos faciatis:* Ioannis 13. Sponte passum, quis negabit? & tamen: *relinquens vobis exemplar ut insequeremini vestigia eius:* Petrus c. 2. prioris. Quare nihil obstat, quominus, et si sponte scipsum Pilato Christus submisit, exemplum tamen dederit Episcopo Romano obtemperandi Magistratui. Quanquam illud sponte, duplicitate sumi potest, vel, ut non fuerit subditus magistratui, si noluisset: immo potius, quum non esset subditus, subdiderit se tamen, vel, ut quum ea esset eius vocatio, id ipsum non coacte, sed sponte, alacrius animo subiret: quomodo Petrus s. prioris iubet pasci gregem non coacte, *ā mīnōrīs sed spontaneo.* Priori modo nulli subditus fuit magistratui, nisi sponte, quatenus Filius Dei. Ideo Matth. 17. indicauit se esse filium regis. Per hoc (inquit Dyonisius Cæthusianus) Christus intendebat concludere se liberum esse à dando tributa, *tanquam filium regis regum, nulli*

legi humana de necessitate subiectum. Chrysostomus. *ei γρονθῆς βασιλεῖς διδοῦσιν τὸν καὶ λαμπεῖσσον, ἀλλὰ δὲ πάτερειων πολλῷ μεγάλοις εἰπεῖ αὐτούς καὶ δέοντας πεντηκόντες τεύχεις, τοῦτον τὸν βασιλεῖον, ἀλλὰ δὲ γένεται πρωτόνοντος οὐδὲ τὸ βασιλεῖον.* Nam si reges terra, non à suis filiis accipiunt, sed ab alienis, multo magis, me librum esse oportet huius exactionis, ut pote non terreni regis, sed cœlestis, filium, ipsumq; etiam regem. Altero sensu, quilibet non tantum Christiani, sed etiam viri in seculo boni subiecti sunt magistratibus. Iam vero, prior sensu non potest in Romanum pontificem cadere, quia filium esse regis cœlestis; vel per naturam intelligitur, vel per gratiam. At hic non per gratiam, quæ est communis omnibus fidelibus: Ergo per naturam. At hic modus filiationis nullo modo ad Episcopum Romanum pertinet. Non est igitur liber a magistratibus sponte, hoc sensu; ut si nolit, non sit subiectus. Restat ergo tantum alter; ut sponte sit subditus, id est, ut ad quod tenetur, id non coacte, sed sponte subeat. *Quomodo omnes fideles debent, sive Episcopi, sive non Episcopi.*

XV. De loco Ioannis, quid attinet sophisticari? Vt quæ expositiō cōiungi potest. Priori ipsum illud factum peculiare attendit, nempe Christum traditum in manus Pilati, hoc enim recte factum dicitur, permittente Deo, non vero iubente: coequi respexerunt Chrysostomus, & Cyrillus. Sed quia illa permissione Dei non tantum in ipso individualiter consideranda est, sed etiam in mediis ad actum pertinentibus, & traditus erat Pilato Christus, non tanquam unius alicui ex plebe, sed ut ei personæ, quæ tunc magistratum gerebat, ideo optime Augustinus & Bernardus *exposuerunt* de ipso magistratu. Sed inepte Bellarminus opposuit permissioni diuinæ, potestatem iurisdictionis, quum enim subordinata non repugnat, illa hanc non tollit. Itaque debent potius sic intelligi verba Christi: *Pater permisisti, ut in me utraris potestate, iurisdictionis tuae.* Nam quoties quid Deus permittit, toties etiam permittit media, quibus idiump perficiatur, hic vero, medium quo perfecta est a Pilato condemnatio Christi, fuit potestas iurisdictionis. Quare eam quoque a Deo permisam oportuit. Non respondet igitur apte Bellarminus, quia ea permissione posset quidem forte expondere *potestatem*, at non illud *datum est.* Nam hæc phrasis plus significat, quam simplicem permissionem, ut in his locis: Matth. 13. *Vobis datum est noſ mysteria.* Et 19. *Non omnes capiunt hunc sermonem, sed quibus datum est.* Ioann. 3. *Homo non potest recipere quicquam, nisi ei datum sit ē cœlo.* Vbi, si datum, permissionem dicas; quis non rideat.

XVI. Sed quid illud est? Pilatus potestatem habuit in omnes Iudeos per se, in Christum autem per accidens? Nouum commentum: nouum portentum. Imo vero Christus factus est sub lege, hoc est, natus Iudeus, & vere Iudeus, non autem *δικτυος.* Itaque, si per se Pilatus habuit autoritatem in omnes Iudeos, & Christus Iudeus fuit, tum sane Pilatus autoritatem habuit per se in Christum: Dionysius Carthusianus, *Nescis quia potestatem habes, tanquam praes, & Iudeos rite institutes.*

XVII. Tertium Argumentum, Act. 24. Paulus Cæarem appellavit. Ad tribunal Cæsaris: *ibi me oportet iudicari. Cæarem appello.* Si Paulus Cæarem iudicem agnouit, cur non Petrus? Si petrus, cur non Romanus Episcopus? si est Petri successor.

XVIII. Respondeat. Primo Paulum appellasse quia Cæsar esset iudex de facto, et si non de iure. Secundo, & melius, discrimen esse inter principes Ethnicos & Christianos. Illorum Pontificem non fuisse iudicem, ex 8. prioris ad Corinthios, *Quid ad me de his qui foris sunt iudicare? contra autē Pontificem eis subiectum in ciuilibus, quia lex Christiana neminem priuat suo iure, & dominio.* At isti sponte leges Euangelij suscepserunt, sequentes tanquam oves Pastori, & membra capiti, subiecerunt præsidi Hierarchiæ Ecclesiastice, & proinde ab illo iudicari, non illum iudicare debent.

XIX. Ad primum. Cæsar fuit iudex, tum de facto, tum de iure, quandoquidem non est potestas nisi a Deo; & Christus ipse iussit reddere Cæsari, quæ sunt Cæsares, & quidem monetam, quæ signum est summi imperii. Tunc temporis igitur Cæsar, iudex erat omnium Iudeorum, inter quos Paulus erat. Sed non est opus pluribus. Nam ipse Bellarminus videtur non multum tribuere huic solutioni, ut pote qui alteram meliore dicat, diftere etiam paucis interpositis afferat. Paulum subiectum fuisse Imperatori cœlititer, de iure.

XX. Ad alterum. Primo, quæstio est; utrum Episcopus Romanus sit caput Ecclesiæ & præses Hierarchiæ Ecclesiastice. Secundo: fidei Christianæ professio non minuit politicam magistratus autoritatem, propterea, et si quoad fidem, magistratus sit subditus Episcopo: tamen quoad politiam, hoc est, ut loquebatur Gregorius, Reipublica iure, Episcopus subditus est Magistratui. Et hoc quidem in Ethnici fatur Bellarminus. Videat ergo, quam sit indignum, ut Imperatores Christiani suo potius iure præsidentur, quam Ethnici. *Quid? quod Gregorium audiuitus dicere, Deum commississe Sacerdotes manu Imperatoris Christiani?* Tertio, eo quod leges Ecclesiasticae suscepserunt Imperatores, non vni cuiquam subdiderunt se Episcopo; sed cuilibet: vnde, non tantum Innocentio subditus erat Arcadius, sed etiam Theodosius Ambrosio. Quid ergo? concludamus, quia se cuilibet Episcopo Imperator subiecit, omnes Episcopos à iurisdictione Imperatoris. Denique sophisma est, *εἰ τὸν αὐτὸν θεόν,* Subiecerunt se Imperatores, sed tantum in mere Ecclesiasticis: at non absolute, tam in his, quam in politicis. Alioquin cedo tabulas.

XXI. Quartum Argumentum. Paulus ad Romanos, c. 13. *Omnis anima potestatis sublimioribus subditas sit.* Petrus 2. c. priori, *Subiecti estote omni humana creatura propter Deum; sive regi, tanquam præcellentem.* Ergo omnes Ecclesiastici, ac proinde Episcopus Romanus, debent subiecti magistratibus.

XXII. Respondeat: tam Paulum, quam Petrum loqui generaliter, horumque omnes subditos, ut suis superioribus pareant, tam spiritualibus, quam temporalibus. Probatur: primò, Paulus non restringit sermonem ad potestatem secularem: sed de omni potestate loquitur. Secundo, Petrus nominat omnem creaturam humanam; id est, omnem creaturam potestatem habentem. Itaque, non potest inde deduci Papam subiectum esse, Regi, vel Regem Papæ; sed solum eum qui subiectus est, debere suo superiori obedienciam.

LIBER DECIMVS QVARTVS, CAP. XI.

309

XXIII. Sed falso est sententias esse generales, tam de Ecclesiastica, quam de politica potestate. Ad primum Argumentum respondeo, i^{esu}stau^s quam Paulus nominat, non significare dignitatem Ecclesiastica, sed politiam tantum. *Luce 22. si βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν. οὐ οἱ ἡγεμονεῖς, οἱ ποτεστατεῖς, οἱ πολιτεῖς ἢ ἔχοντες, Reges gentium dominantur εἰς: & qui potestatem habent in eas, benefici vocantur. Υσταύτην non sic. Vbi vides separari ab Apostolis, id est, prælatis Ecclesiasticis, tam τὸς ἡγεμονεῖς εἰς, quam Reges. Itaque Glossa interlinearis in eum locum Pauli. Potestatis bus secularibus, bonis vel malis. Ocumenius etiam τὸς ἡγεμονεῖς exponit τὸς ἡγεμονεῖς. Atq; adeo Paulus ipse quid velit, satis indicat postea, quum addit, οἱ ἡγεμονεῖς οἱ εἰς φέδον τὸν παράδοτόν εἰσιν: Principes non sunt terror bonorum o- perum: Et rursus, non temere gladium gestat: vnde quis non aduertat ἡγεμονεῖς intelligi eos, qui dicuntur ἡγεμονεῖς: qui gladium gestat: quæ de dignitate Ecclesiastica dici non possunt. Itaque Syrus reddidit ΝΟΜΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΟΝ: potes- tates, dominatus: interpreti Tremellio; potestates dominantes, Boderiano. Chrysostomus, Inter ea rationes, quas commemorauit, non mouet: sed eas quæ potestatis ex debito obedire iubent: ostendens quod ista imperentur o- mnibus, & sacerdotibus, & monachis, non solum secularibus, id quod statim in ipso exordio declarat quum dicit, omnis anima potestatis supereminentibus subditas sit etiam Apollonius sis, si Euangelista, si Propheta; si quisquis tan- dem fuerit, neq; enim pietatem subuerit ista subiectio. Basilius Constitutio- num Monasticarum, c. 22. Πάλαι οἱ Απόστολοι Παρεῖσθαι τοὺς ποτεστα- τούς, οἱ γενίσταις τοὺς ποτεστατούς, οἱ γενίσταις τοὺς ποτεστα- τούς. Paulus scribens ad Romanos, iubet subiici Potestatis mundi, non spi- ritualibus οὐαὶ τὸν τὸν εἰναγόμενον εἰναγόμενον εἰς τὸν εἰδένειν Φόρον οὐαὶ τὰς. Atq; hoc ex sequentibus ostendit loquutus de tributis & vestigialibus.*

XXIV. Ad locum Petri quod attrinet ἡ κτίσις in eo non significat crea- turam, sed ordinationem, sive dispositionem. Ocumenius, οὐδὲ δοῦλον τοῦ θεοῦ θεού τοῦ θεοῦ τοῦ βασιλεῖων, οὐδὲ τὸν τὸν βασιλεῖον, οὐδὲ τὸν τὸν βασιλεῖον, οὐδὲ τὸν τὸν βασιλεῖον, οὐδὲ τὸν τὸν βασιλεῖον. Creaturam huma- nam, principem appellat, quæ in regum electione sunt: ut etiam reges ipsos, nam & ipsi ab hominibus ordinati sunt, & constituti. Didymus: Ordinationem ve- ro humaram dixit potestatem, que hominum dispositione consistit. Atque adeo ipse Petrus dilucide, quid velit, indicat, nominatis statim regibus, & præsi- dibus quæ sic Didymus connectit cum præcedentibus. Scribit itaq; Petrus omni ordinationi humana subiiciendos: regibus quidem tanquam egregium culmen habentibus: ducib. autem tanquam missis ab eo (potius ab iis) ad cōpro- bationē bonorū, & malorum scilicet vtilionem. Accedit Caetanus: Non dicit, Subiecti estote omni homini, nec dicit omni tyranno; sed omni creature humana: officiam regiminia humanam creaturam appellat, eo quod humanis suffragia- creatur: & dicit omni, non distingendo, inter Ethnicos & fideles. Et paulo post, ad ea, sive regi. Quod dixerat in genere, omni humana creature, explicat per partes, reges, & duces. Ergo his testibus, hi ambo loci sunt intelligendi de seculari potestate: non autem de Ecclesiastica.

XXV. Quintum argumentum: In Veteri Testamento Rex fuit maior quibuslibet pontificibus, etiam summo. Ergo & in Nouo Testamento Imperator debet esse superior omnibus Episcopis; etiam iis, qui sunt reliqui superiores, ut erant olim Metropolitani, & Patriarchæ. Probatur anteceden- dens: quia prioris Regum 2. Salomon depositus Abiatharem; constituto Sa- docho in eius locum.

XXVI. Respondet: Primo, negari consequentiam: nam quum in Ve- teri Testamento promissiones fuerint tantum temporales; in Nouo vero spirituales & æternæ; teste Hieronymo, libro primo contra Pelagianos; & ad Dardanum de terra promissionis: Augustino, quæst. 33. in librum Nu- merorum, & libri 19. contra Faustum, cap. 31. non mirum est, si in Te- stamento Veteri summa potestas fuisset temporalis; in Nouo spiritualis. Se- cundo: negat in Veteri Testamento Pontificem fuisse inferiorem Rege. Contra enim docere, Philonem libro de victimis, Theodorem, quæst. 1. in Leuiticum. Procopium in 4. Leuitico. Et probat ex 27. Numerorum, ubi dicitur, quod ad verbum Pontificis Eleazari, tam princeps Ioseph, quam o- mnis populus ingredi, & egredi deberet. Et Leuitico 4. quatuor sacrificia in- stituantur, ex quorum ordine & magnitudine colligitur ordo & dignitas personarum, pro quibus siebant. Primo vitulus pro pontifice: Secundo vi- tulpi pro toto populo: Tertio hirci pro rege, quarto caprae, pro priuato. Ad argumentum de Abiathare, responder depositum fuisse à Solomone, non vt Rege, sed vt Prophetæ, quia dicitur ibidem, ut impleretur sermo Do- mini.

XXVII. At non debuit negari consequentia, quia ipsi sibi similes per- mittunt, à Veteri Testamento ad Nouum. Imo alias pertinacissime con- tendunt, legali pontifici ad vnguem respondere, Christianum istum quem fungunt. Ratio autem non valer, primo, quia etiæ vera esset suppositio; ea tamen causa esse non posset maioris autoritatis in magistratu, quam in pon- tificatu, itaque refellitur consequentia; à proxima soluzione; quæ statuit pon- tificem fuisse maiorem, quod si est verum; tum omnino, vel in antecedente peccatum est, vel in consequentia. Deinde, si promissiones veteres tantum fuerint temporales; nihilque amplius ea sibi religio proponebat; tum oportuit in iisdem temporalibus præferri pontifices Regibus, quia sunt Religio- nis moderatores, ut in Nouo; quia subiectum Ministerij sunt promissiones spirituales; omnino in spiritualibus maior dignitas est pontificum, quam vi- llorum principum. Quare iugulabitur B. illarminus suo argumento, tan- quam proprio gladio.

XXVIII. Sed omnino negandum in Veteri Testamento promissio- nes fuisse tantum temporales. Nam promissiones sunt fructus pietatis, pietas autem aut tota, aut certe precipua est in animo. Egregiam vero mercede animi in Deum elati temporalia bona; cum porcis, & canibus communi- nia. Sed vt omittam alia; illud quo totum nititur Veteri Testamentum, Ego Deus tuus, & seminis tui pater, quis tam ἀγέλες; imo quis est tam κτιστο- dus; vt dicat esse promissionem temporalem, & non spiritualem & æternam? Quid remissionem peccatorum dicam? Quid expectationem Messiae? De- sique pietas ad omnia est utilis, habens promissiones huius viæ, & futura.

Tom. II.

Quo posito, necessario vel Veterum neganda pietas est, vel concedenda bona ultra hanc vitam.

XXIX. Et immerito, ac Iesuistica fide in eius cause societatem aduo- cantur Hieronymus, & Augustinus. Longe illi mens laior. Describo locos: Hieronymi primum. Addi præterea regnum cœlorum etiam in Veteri Testa- mento reprobitti: ponis, testimonia de Apocryphis: quum perspicuum sit regnum cœlorum, primum in Euangeliō prædicari, per Ioannem Baptistam, & Domi- num Salvatorem. Secundum, Mibi in Euangeliō promittuntur regna cœlo- rum, quæ instrumentum virtus omnino non nominatur. His similem Augusti- ni postriorem: Nescio utrum quisquam in illis libris inueniret nomen regni cœlorum, quod tam crebro nominat Dominus. Hæc illi nullo modo negan- tes villas esse in Veteri Testamento promissiones spirituales, sed duntaxat regnum cœlorum nominari, id est, nomen ipsum in veteribus libris inueni- ri. Quod quidem perspicuum in duabus postremis, sed ex his interpretan- dum illud prædicari. Nam ridet Hieronymus Pelagium, qui citauerat li- brum tanquam ex Veteri Testamento, quem indicat esse Apocryphum, quia in eo legatur regnum cœlorum, quod tantum in Euangeliō prædicu- tum est, scilicet ipso nomine.

XXX. Sed in eo, si quid est obscurius, illustrabit Augustini locus è quæst. 33. librum Numerorum, Eadem sunt in Veteri & Nouo, ibi obumbra- ta, hic reuelata, ibi preservata, hic manifestata. Nam non solum sacramenta diuina sunt, verum etiam promissa ibi videntur temporalia proponi, quibus spirituale premium occulte significetur. Audi eadem utroque esse, id est pro- mitti: nam quomodo aliter? Sed diuersa ratione modoque. Ergo & spiritua- lia. Nam neque forent eadem utroque, sed diuersa: & significatas ratione diu- versa res tam diuersas, quis miraretur? Deinde, audiū temporalia proposita: ut non sola?imo vero proposita in significationem spiritualium? nempe ut scirent per illa sibi promitti ista. At hoc qui asserit, quam procul abit à Bel- larmino?

XXXI. Ne antecedens quidem negandum erat. Nam argumenta sunt leuissima. Numerorum 27. sic habetur: Stabat coram sacerdote, ac interroga- batur, Τί εἶπες στόλον τοῦ βασιλέως τὸν τὸν βασιλεῖον, οὐ τὸν τὸν βασιλεῖον, οὐ τὸν τὸν βασιλεῖον, οὐ τὸν τὸν βασιλεῖον. Creaturam huma- nam, principem appellat, quæ in regum electione sunt: ut etiam reges ipsos, nam & ipsi ab hominibus ordinati sunt, & constituti. Didymus: Ordinationem ve- ro humaram dixit potestatem, que hominum dispositione consistit. Atque adeo ipse Petrus dilucide, quid velit, indicat, nominatis statim regibus, & præsi- dibus quæ sic Didymus connectit cum præcedentibus. Scribit itaq; Petrus omni ordinationi humana subiiciendos: regibus quidem tanquam egregium culmen habentibus: ducib. autem tanquam missis ab eo (potius ab iis) ad cōpro- bationē bonorū, & malorum scilicet vtilionem. Accedit Caetanus: Non dicit, Subiecti estote omni homini, nec dicit omni tyranno; sed omni creature humana: officiam regiminia humanam creaturam appellat, eo quod humanis suffragia- creatur: & dicit omni, non distingendo, inter Ethnicos & fideles. Et paulo post, ad ea, sive regi. Quod dixerat in genere, omni humana creature, explicat per partes, reges, & duces. Ergo his testibus, hi ambo loci sunt intelligendi de seculari potestate: non autem de Ecclesiastica.

XXXII. In sacrificiis mira Dialectice. Hircus vilior est vitulo: ergo Rex inferior Sacerdote. At primo, quis docuit sacrificia censenda ex pretio: ut quanti constent in foro pecunio, tanti sit is, pro quo fit oblatio? Secun- do, vitulus non tantum pro Sacerdote; sed etiam pro populo instituitur of- ferri. Ergo si valer consequentia Bellarmino, rex ex inferiori populo: & popu- lus æqualis Sacerdoti, id est, ut interpretatur, summum Pontifici, cur ergo negat Romanus se iudicandum vel ab omnibus: Denique respondeo, agi de rebus sanctis; deque ipsis Religionis partibus, in quibus maiorem tuuisse quilibet Sacerdotem quolibet etiam rege, ratione consentaneum est, & nos profitemur quemvis Episcopum, imo presbyterum in mysteriis longè ante regibus, & Imperatoribus, qui tamen iisdem subiectiuntur reipublice iure. Nec mens alia Theodoreto, & Philoni; ac ne Procopio quidem, lau- datis à Bellarmino.

XXXIII. Philo, Theodoretus, Procopius; iisdem propemodum omnes vsi verbis, primo Principē constituunt infra populū. Certe Philo scripsit Εἴπερ τὸν τὸν πλεῖον φίροντα, debere portores partes esse populi quā principē, επεὶ τὸν τὸν πλεῖον τὸν πρεστόν τοντον δικεῖ, quandoquidem totum parte semper potius videatur. Procopius: Hinc colligerelicit sacerdotem esse honoratio- rem principē, etiam populum maiore dignitate, quam principem splendere. Hoc vero sit ne probaturus Bellarminus viderit: Mihi certe non placent, nisi quum maiestas est penes populum. Ut ilius sane concluderes Regibus apud Deum, & semper, & maxime cum peccata sua consententur deponendum es- se factum regium, deficitumque supercilium; ut si homines esse cognos- cant. Felicis Pelusiora, Epistola 122. lib. 2. grauitatem indicari peccato- rum; nempe tantudem esse si Sacerdos peccet, quantum si totus populus: εἰ δι τὸν λόγον τοῦ προφήτη, εἰ τὸν τὸν αὐτοῦ προφήτη τοντον δικεῖ. Quod si par non esset peccatum, neutiquam precepisse eandem hostiam offerri. Denique hoc quicquid est argumenti, mera uititur verisimilitudine, quæ potest multipliciter variari.

XXXIV. A Salomone, tanquam Propheta non tanquam rege destitu- tum Abiatharem finxit Bellarminus. Vbi legitur Prophetam autoritatem ha- buisse in summum pontificem, maxime deponendum? Ratio autem ridicu- la, quia legitur factum, ut impleretur verbum Domini. Item, serione Bellar- minus, an ioco? Nam si serio, en tibi igitur Prophetas eos milites, qui parti- ti sunt inter se vestimenta Christi iactis sortibus. Nam id ab iis factum te- statutus Euangelista Matthæus, c. 27. ut impleretur quod dictum est à Prophetā. An placet? Imo vero significatur, eo Solomonis facto, hoc est, tum, quum Solomon id fecit, impletum esset id quod ante Deus prædixerat de domo Heli remouenda; secundo capite primi Samuelis.

XXXV. Sextum argumentum: Christiani Imperatores sæpe iudicaue- runt ac deposuerunt pontifices Romanos. Constantius Liberum misit in exilium: Iustinianus Siluerium: Theodosius Rex Ioannem coniecit in car- cerem: Otho primus Ioannem duodecimum depositus: Henricus tertius Gregorium sextum.

XXXVI. Respondet: primo: hæc quidem facta sunt: sed quo iure ali- viderint. Secundo: Liberius, & Siluerius, & Ioannes, iniuste pulsi sunt ab Imperatoribus hereticis. Tertio: constat bono zelo, sed non secundum scientiam depositum ab Othoni Ioannem duodecimum omnium pontifi- cum deteratum. Quarto: Henricus Gregorium non depositus, sed persuasit, ut cederet: Otho Frisingensis libro sexto, capite trigesimo secundo.

ccc 3

XXXVII.

XXXVII. Sed hæc eo iure facta sunt, quo Imperatores præerant Pontificibus; hodie enim, quum contra factum, ut Episcopus Romanus major sit Imperatore, non posset Imperator, etiam si veller maxime, Episcopū Romanū coercere: vt probatum, quum Maximiliani Imperatoris, & Ludouici Regis Gallia conatus irritus fuit. Vix unicus inuentus est noster seculo Carolus quintus: qui tamen gestis se, non ut magistratus in subditum, sed ut hostis victor, in hostem debellatum. Eodem, inquam, iure facta, quo olim Constantinus magnus iussit Arium exulare: & Eusebium, & Theognin apud Socratem libro 1.c. 5. & postea Athanasium, c. 23. item Constantius ter Paulum electum Episcopum Constantinopolitanum, libro 2.c. 5. 21. Denique, quo Gratianus Demophilo Arianus dixit, libro 5.c. 7. εἰ τὸν εἰρήνην τὴν οὐρανού φέγγεις, φέγγεις οὐ τὸν ἔντειρον νέλθει. Si pacē & concordiam fugere iubeo ab oratoriis locis. Nealia colligam infinita exempla: quibus sit manifestum tum temporis sua autoritate vsos palam, & promiscue in quosquis Episcopos, & abdicandos & in exilium pellendos.

XXXVIII. Itaq; nihil est noui, quum dicuntur Liberius, Siluerius, Iohannes, iniuste pulsi. Nam quis nescit Imperatores s̄p̄e abuti autoritate: Nemo sanus neget iniuste etiam Athanasium factum exsulem à Constantino, primū: deinde à Constantio: alios etiam Episcopos Catholicos, cum ab hoc tū ab aliis, sed non sequitur, ex eo quod quis iniulte facit, propterea non habere autoritatem faciendi: hoc enim sequitur duntaxat, abuti eū sua autoritate. Quid enim. Nonne iniuste Romani Pontifices absoluere Basilidem, Cœlestium, Apiarium? Et tamen nō propterea Papistæ ab iis exemplis, argumenta querunt fulcendo Oecumenico Pontifici: Cur nobis nunc inuident? si post alia argumenta de iure, nūc a facto ratio cinamur? Solent autem in facto variae esse ipsarum actionum circumstantiae, alias bona, alias mala: sed eas circumstantias non decet attendi. Eiecit, vt dixi, Constantinus Arium, Eusebium, Theognin; hereticos: eiecit & Athanasium. Confessi: utrinque eiendi autoritatem potestatem eandem inuenias: & tamen iuste illi, hic contra electus est. Qui fit? Non sanequia in Athanasio deficeret potestas: quæ in reliquis sufficiebat. Sed quia, quum æque Athanasi iudex esset Imperator, ac reliquorum: tamen Athanasi nullum crimen erat: & erat magnum aliorum. Sic de his respondeo: male electos Liberium, Siluerium, Iohannem, sed male; quia causa in iis nulla erat exsilio; at non, quia in Imperatoribus nulla esset autoritas.

XXXIX. In Orthone, zelus ille, qui dicitur non secundum scientiam, petitio est principii: quia significat, non licuisse. Verum habuit Otho satis multa prædecessorum exempla, vnde suum zelum posset scientia confirmare. Nec id solum: sed etiam sui temporis Ecclesiasticorum iudicium. Apud Luitprandum libro 6.c. 10. Petimus magnitudinem Imperij vestri, monsrum estud nulla virtute redemptum à vitiis, à sancta Roma Ecclesia pelli.

X L. De Gregorio, viderit Otho Frisingensis. Certe Platina sic scripsit: Henricus secundus in Italiam cum magno exercitu veniens, habita Synodo, quum Benedictum nouum Siluestrum tertium, Gregorium sextum, tanquam tria teterrima monstra abdicare se magistratu coegisset, Suidgerum Bambergensem Episcopum, cui Clementi secundo appellatio fuit, Pontificem crebat. At illud cogere, diuersum est à persuasione. A Platina verbis Sabellicus non multum discedit, Enneadis 9.lib.2. Ad hec verum monstra è medio tollenda, Henricus cum exercitu transit in Italiam: celebri inde Antifitum conuentu, quem Roma habuit, Benedictum, qui Pontificatum vendidit, Gregorium, qui emit, & Siluestrum, qui largitione in paucos dies incestauit, tanquam tria monstra auerat, & ergit se dignitate abdicare. Et fortasse utrumque verum. Nam & consentitur aliquando quidam coacti: nempe quum faciunt de necessitate virtutem, vt loquitur Hieronymus, scilicet, quum vident non posse obsistere, eti maxime vellent. Quomodo latronum non pauci, quum aguntur in furcas, testantur se ita commeruisse: & sponte scalam conscentiunt. Sic potuit Gregorius sextus, qui & Imperatorem cum exercitu videbat, & Synodum eius autoritate coactam; cedere Henrico per suadenti, ut sponte cederet, de Magistratu, quem sibi inuito eripiendum sentiret. At hic consensus de arguento nihil minuit.

C A P. XII.

De Canonibus conditis refragante Episcopo Romano.

I. SI Episcopus Romanus esset Oecumenicus pontifex: ergo non potuissent conditi Canones Ecclesiastici, eo refragante. At sunt conditi. Ergo non est Oecumenicus Pontifex.

II. Probatur assumptum: Primo, ex Conciliis Africanis, vbi denegatum est, Zozimo, Bonifacio, Celestino Romanum appellari: qua de re ante dictum est. Secundo, ex historia Canonis eius, quo Episcopus Constantinopolitanus, factus secundus in Patriarcharum ordine, æquatus est, in Ecclesiastis rebus, Romano. Qui Canon primo conceptus in secundo Oecumenico Constantinopolitanico Concilio; deinceps confirmatus est, in Chalcedonensi; omnime contra laboribus legatis Romanis: qui Actione ultima, quum quererentur quadam se absentibus constituta, postulauerunt sibi etiā recitari. Nam pridie eius dicti absuerant, ex composito, nam alioquin rogari fuerant, ut vellent adesse. Lectus est igitur Canon; quo confirmabantur quæ statuta erant à centum quinquaginta Patribus Constantinopolitanis, de priuilegiis eius throni.

III. Auditio Canone, Lucentius Episcopus Romanus sedis vicarius, primum conqueritur Episcopos non sponte, sed coactos subscriptissim. Reclamant omnes; testantur neminem fuisse coactum. Iussi sunt utriusque, id est, Legati Romani, & Constantinopolitanus Diaconus Actius Canones profecte, hoc est causam suam tueri. Ut risque auditis iudices pronunciant in hæc verba: Ex his, quæ gesta sunt, vel ab unoquoque deposita perpendimus, omnem quidem primatum, & honorem precipuum, secundum Canones, Antiqua Roma Deo amantissimo Archiepiscopo conservari. Oportere autem Archiepiscopum Constantinopolitanum, eisdem primatibus honoris & ipsum dignum

esse. Quibus auditis Episcopi dixerunt: Hac ista sententia: hoc omnes dicimus: hac omnibus placent: hoc omnes dicimus: hoc in istum decretum. Intercedere non debet. Et ideo, quacunque in præiudicium Canonum, vel regularum lates, cumduci in beatu: si in alias, contradictione nostra his gestis inhibeat, ut nouerit quid Apostolico viro, univeralis Ecclesie Papa defere debeat, ut ipse, aut de sua iudicis iniuria, aut de Canonum eversione possit fare sententiam. At haec tamen intercessione non obstante Episcopus Sebastianus dixit, Omnes in sententia vestra magnificis permanemus. Denique conclusio: Viri illustrissimi iudices dixerunt. Quod interloqui jumus, tota Synodus approbavit.

IV. Hæc totidem verbis legas in actis Chalcedonensibus. At contra Leo magnis insurgit animis, ut quilibet aduertere potest in eius Epistolis. Sed astute: ne suam solam causam: imo vero, ne suam omnino causam agere videretur. Non enim conqueritur suam dignitatem esse, aut violatam, aut immunitam: sed iniuriam factam Episcopo Alexandrino & Antiocheno, qui facti essent posteriores Constantinopolitano. Vide Epistolam quinquefimam tertiam & quartam; atque alias. Parum aut memor, aut petitus gestorum in eo Concilio à suis legatis: nam ij nunquam de Alexandrini, Antiocheni iniuria, vel verbum fecerant: tantum conceptis syllabis Romani dignitatem minui erant concoquisti. Quam historiam, quis credit artificio suo carere? Sane vero plausibilior prætextus erat, quod dolet suis collegis, quempiam prælatum, quam sibi aliquem æquatum, maxime, quum primæ ei relinquenterunt. Itaque hunc querelæ prætextum Leo putavit sibi potius amplectendum.

V. Sed enim hæc Leonis, forte etiam successorum eius contradictione pertinax, efficit, vrursum in Concilio Trullensi sanciretur idem Canon. Atque ex eo semper vñs obtinuit, ut Constantinopolitanus secundo post Romanum loco positus, reliquos præcederet; quod minime Romanus, aut volebat, aut, quod verius, velle simulabat. Nam simulasse, quis non facile coniiciat, qui sciat post iudicatam à Phocalem inter Romanum & Constantinopolitanum illumque huic prælatum, alij deinceps silentium fuisse, & Romanos æquo animo tulisse reliquias Constantinopolitanum præferri, dum sibi postponeretur? Nam in Synodo Nicæna secunda numerantur omnium primi, Petrus Archipresbyter, & Petrus Monachus Legati Romani: proximeque post eos Tharasius Constantinopolitanus, tum Iohannes & Thomas presbyteri legati Apostolicarum sedium eius, que in Orienti est dioceſe os. In octaua similiter, quæ Constantinopoli coacta est, Donatus, Stephanus, Marinus legati Romani: Ignatius Constantinopolitanus: Thomas legatus Antiochenus: Helias legatus Hierosolymitanus. Imo ante utramque in Sexta; quam tamen Phocas præcesserat, Theodosius, Georgius, Iohannes legati Romani, Georgius Constantinopolitanus, Petrus legatus Alexandrinus: Macarius legatus Antiochenus, Georgius legatus Hierosolymitanus. Iterum ergo repeto, eti Leo volebat videri non suam causam agere, sed aliorum Patriarcharum, tamen eius successores, ex quo suæ sedi consultum viderunt, de reliquis Patriarchus in utramque autem dormientes securi fuerunt.

VI. Ad ista, quid habent Papistæ quod respondeant? Baronius rodita Synodi secunda Oecumenica: quibus suppositum illum Canonem de Constantinopolitanis ptiuilegiis audet assertere, homo cui nihil inaſum, intactumve, quod commodo fieri potuit Romanæ tyrranidis. Argumenta habet, anno trecentesimo octogesimo primo, §. 26. Eranno quadragesimo tertio, §. 15. Primum, quod post Synodum Chalcedonensem Anatolius in hoc negotio Leonem habuerit acerimum aduersarium: cui tamen nunquam hunc Canonem secundæ Synodi legatur obiecisse. Secundum, quod Episcopi, qui post hanc secundam Synodum, anno proximo, codem conuenerunt, quum literas ad Damasum scriberent, de rebus in ea Synodo secunda gestis, huius Canonis mentionem nullam fecerunt. Tertium, quia aduerterat hic Canon Canonis Nicæno sexto, confirmato in hac ipsa Synodo. Nam, quomodo singulis prouinciis sua iura integra essent, seruata, si in præiudicium aliatum vii Constantinopolitanæ tanta sunt collata? Quartum, quia Iohannes Chrysostomus, quum ad Synodum citaretur à Theophilico contra se coactam, ab eoque plures causæ ferrentur, quare non tenebatur se illi iudicio sistere; tamen hunc Canonem protulit nunquam: sed Nicænum, quo limites Ecclesiarum fuerant definiti.

VII. Ita quem nondum soluere non possunt, ab Alexandro secati dixerunt. Sed contra, præter ipsorum Canonum editionem; præter acta Chalcedonensis, ac Trullana, testes habemus, Socratem lib. 5. cap. 7. οὐδὲ τὸν εὐφεγγόν, ὅσε τὸν Κανόνην πολλαὶ εἰποκοποὶ τὰ πρώτα διάτελα τὸν Πάπας επίσκοπον, Διεγέρεις αὐτῶν νεώτερος Πάπας. Christophorus sonus vertit: Eodem tempore decretum fuit, ut Episcopus Constantinopolitanus proxime & secundum Episcopum Romanum primas propterea obtineret, quod illa ciuitas noua Roma esset appellata Sozomenum lib. 7. cap. 9. qui inter alia decreta hoc numerat: μαρτὶ τὸν Πάπας, τὸν Κανόνην πολλαὶ εἰποκοποὶ τὰ πρώτα διάτελα τὸν Πάπας ιπποκοπούσον: Ut post Romanum Episcopum, Constantinopolitanus prerogativam dignitatis obtineret, ut papa qui nouus Romam gubernet. Meminit eiusdem decreti Leo, epistolis duabus ad Anatolium, & Pulcheriam, quæ numerantur quinquagesima tertia & quinta. Et meminit quidem Papistice: hoc est, ita ut fidem minuere tenter, sed meminit tamen, tanquam obiecti ab Anatolio.

VIII. Ad primum argumentum respondeo, sumi falsum. Nam ex Actis Chalcedonensis Synodi, constat Leonis legatis hunc Canonem obiectum fuisse: item ex Leonis Epistolis duabus, iam citatis, constat Anatolium eius Canonis crebrā mentionē fecisse. Ad secundū: in ea Epistola Orientales ne aliorum quidem Canonum meminisse; quos tamen editos nullus negat. Iraque loquuntur tantum de doctrina, & de Episcopis ē solio ob hæresin deturbatis, alisque in eorum locum sufficiens. Ad tertium: nego ullam esse contradictionem: quia si est; vel erit quoad attributum Constantinopolitano Patriarchatus gradum; vel quoad honoris locum secundū. At neutrō modo illa est contradictione. Nam Canon Nicænus non numerum definierat Patriarcharum, sed tantum quatuor nominauerat, quorum Metropoles essent

L I B E R D E C I M V S Q V A R T V S , C A P . X I I I . & X I V .

302

essent maxime conspicuæ: itaque non inter eos diutius est orbis vniuersus: sed tantum iis confirmati sui fines, uti jam possidebant. Nihil igitur veruit nouum Patriarcham adiici. Præterea Canon Nicænus de prærogatiuis honoriis nihil constituerat; itaque non obstabat, quominus sequens Synodus ea de re decerneret. Ob eam causam præter Romanum (qui ipse sibi fieri iniuriam non est ausus conqueri) nemo Patriarcharum questus est. Nihil enim Constantinopolitano videbatur tribui, quod sibi derogaretur. Nam fines iurisdictionis salvi manebant singulis. Nunquam enim Thracia, finitimæque provinciæ subiectæ fuerant Alexandrinos longe diffito: multo minus Antiochæo constituto in ultimo Oriente. Nam, quod ad prærogatiuam honoris, ea pendebat à sede; id est, à dignitate urbis: quæ, quam ledes esset Imperium, necessaria consequentia prætereberatur Alexandriae, Antiochæ, reliquis. Ad quartum: Ioannes Constantinopolitanus frustra citasset hunc Canonem: quia hic primatus non obstabar, ne iudicari posset, etiam à Theophilo: qui enim minus, quam ut constitutus esset in throno? Dummido in Syndodo. Itaque vidit vtendum Canone Nicæno potius; quo constabat Theophilus nihil licere intra alienam diœcesin. Quanquam etiam, id ipsum, quod sibi diœcesis tribuebat, ynde habere poterat, nisi à secundo Concilio? Nam in primo nondum erat Constantinopolis: nedum esset eius Episcopus inter Patriarchas.

C A P. XIII

Romanus Episcopus subiectus Imp. r. a. ori, etiam in rebus Ecclesiasticis.

I. *N*VILIS Pontifex Oecumenicus subiicitur Imperatori. At Romanus Episcopus olim subditus erat Imperatori. Ergo Romanus Episcopus non erat olim Oecumenicus Pontifex. Maiorem propositionem necessariam efficit Papistarum doctrina, afferentium tanto maiorem Imperatore Romanum Episcopum esse, quanto Solem Luna.

II. In assumptione, mitto quod illi contendunt, Imperatorem ipsum subesse Papæ: cum contra olim creditum sit à Christianis, supra Imperatorem non esse nisi Deum; quod diserte scriptum reliquit Optatus libro tertio. Sed id mitto tractare. Assumptionem igitur probo peculiariter in rebus Ecclesiasticis: nam de aliis actum paulo ante. Primo, quia, quam par in parentem nullum habeat imperium, multo minus in maiorem minor. Delegare autem maioris est; aut certe non inferioris. Fuit igitur Constantinus Imperator non inferior, imo etiam maior Melchiade Romano pontifice; qui delegatus fuit vna cum aliis, iudex in causa Cæciliiani contra Donatum à Galis nigris; ut alias nobis dictum.

III. Secundo; quia quam non soleat appellari ad minorem; vix etiam ad patrem; necesse est Constantimum magnum, non inferiorem, imo potius superiorum fuisse Melchiade Romano Episcopo. Nam postquam Melchias cum collegis suis causa cogita, atque omnibus vtrinque ponderatis rationum momentis, pronunciasset Cæcilianum innocentem, prouocauit Donatus ad Imperatorem: & Imperator admisit prouocationem: deditque iudicis, Arelatense Concilium. A quo, quem rufus absolutus esset Cæcilius, prouocatum est iterum ad Imperatorem; qui tandem iudicauit.

IV. Tertio: Imperatores quum Concilia conuocabant Oecumenica, solebant ipsum Episcopum Romanum vocare, æquæ ac reliquos per totum orbem Episcopos. Vocasse autem ex autoritate, non tatum precibus iniuitasse; constat ex verbis Imperatorum Theodosij & Valentiani ad Cyrilum de Conuocatione Synodi Ephesinae. ἐγ γάρ τοι των πολλών ποιεύμενοι Φραγκίδαι ἀπέλυμαντος εἰδέναι Φραγκῶν αὐτοῖς οὐκέτι τοι εἶται οὐδὲ Θεός εἴδει αὐτοῖς ιμάς ἀπολεῖται, οὐ μη τοῦ Φραγκῶν μητρὸς τοι επειγομένον κατέρρει εἰς τὸ ἀφορμάντει τοποτειδίων τοῦ Φραγκῶν μητρὸς, τοι γάρ οὐκαλύπτεις εἰς ιεροπολοῦ σπώδου, ηγένετος οὐτοῖς τοι εἶται αρραβήσθαι δικρυταὶ οὐειδῆταις. Ac nos horum negotiorum multam habentes curam, neminem absentem ferre poterimus: neque ullam excusationem habebit apud Deum, aut apud nos, qui non statim, condicione tempore, assignato que loco studiose adfuerit, Vocatus enim ad Sacerdotalem Synodum, nec alacriter accyrens, conuincitur non bene sibi conscius. Propterea à Leo Epistola 13. ad pulcheriam Augustam, diligenter & humiliter purgat se, quod iuxta Imperatores literas non posset interesse Ephesinæ Synodo. Nam illud quod pietas eius, etiam me creditit debere interesse Concilio, etiam si secundum precedens aliquod exigeretur exemplum, nunc tam nequaquam posset impleri: quia rerum presentium nimis incerta conditio, à tanto urbium populi, me abesse non sineret; Et in desportionem quandam animi tumultuantium mitterentur, si per occasionem causa Ecclesiastica videret patriam, & Apostolicam sedem velle deferere. Quia igitur ad publicam utilitatem pertinuisse cognoscitur, ut salua clementie vestra venia, charitatis meo & precibus ciuium non negarom, in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoque adesse cum ceteris qui affuerint, estimare.

qui apparetur, & sumatur.

V. Quarto: Quis quum agerent apud Imperatorem Episcopi Romani, etiam de rebus Ecclesiasticis, humiliter supplicabant. Leo ad Thodosium Augustum Epistola 24. Ecce ego, Christianissime & Venerabilis Imperator, cum consacerdotibus meis, implens erga reverentiam clementia vestre sinceri amoris officium, cupiensq; vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi Domini rei de silentio iudicemur, obsecramus, curam unius Deitatis inseparabili Trinitate, qua tali facto luditur, quum ipsa vestri sit custos & mater Imperij, & coram sanctis Angelis Christi; ut omnian in eo statu manere jubeatis, in quo fuerunt ante omnne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregateur. Et ad pulcheriam Augustam Epistola 26. Quod ut obtinere mereamur (petebat autem indicio ab Imperatore Concilium) probatissima fides pieras tua, que labores Ecclesia, semper adiuuat, supplicationem nostram apud clementissimum principem sibi specialiter a Petro Apostoli legationem commissum dignetur asserere. Et ad Clerum ac plebem Constantinopolitanum, epistola 23. Quoniam oportet vos post diutinum auxilium, etiam Catholicorum principum gratiam promovere, humiliter ac sapienter exposcite, ut petitionis nostrae, qua plenarium indici Synodus postulamus, clementissimus Imperator dignetur annuere. Adrianus Epistola ad Constantium & Irenem. qua est actione 2. Concilij Nicenii

secundi, *Vestra mansuetudinem obsecrando, & veluti presentes genibus adiuncti, & coram vestigia pedum volutando, ego cum fratribus meis, coram Deo supplico, obtestor, adiuro.* Et Epistola ad Tharamum, *Ad vos misi Petrum dilectum nostrum protopresbyterum sancte Romana Ecclesie: neenam Petrum Abbatem & praesidem, ut ad pedes serenissimorum & piissimorum Imperatorum adducantur, & per Principem Apostolorum Petrum supplicamus, ut cum humanitate, & singulari benevolentia ab eis recipientur.* Hæc eis temporibus sic Leo: *Leo ille non insinus nomine, aut postremus ambitione inter successores Petri.* Quæ quis audiat hodie ex eorum ore, qui se eodem fungi munere tam insolentei jactant?

VI. Quinto: Imperator Episcopum Romanum ad se, quum libebar, accersere solebar. Sic Constantius Liberium, teste Sozomeno, lib. 4. cap. 10. μετανοεσθίος Λιβέριος τὸ Ραιπόνιον. Liberio Episcopo Romano ad se accersito. Numque praesentem sic aliquotus est. apud Theodoretum historiarum libe. 2. cap. 16. ἦμεῖς καὶ διὰ τὸ Χριστοῦ εἰς εἷς καὶ ἐπικοπὴν μετεῖχες πόλεως, ἀγοραὶν εἰς εἰναρχούς, καὶ τὸ μετατελεόρδον τῷ θυράρδον, τῆς ἀστράφης δορυοῖς τὸ αὐτοῖς Αθανασίου τὸ κηρυκίου δημοτας. Chrysostomus vertit paulo liberius. Nos, quoniam es Christianus, & nostra cunctatus Episcopus, idcirco duximus operū prestitū te accersere, hortarique ut communionem nefarie impij Athanasi dementia repudies. Notandum est tamen non esse simpliciter accersere, sed cum autoritate.

VII. Sexto: quia Imperatores autoritate sua confirmabant, vel insin-
mabant electum Romanum Pontificem. Platira in Pelagio secundo, Nihil
à Clero in eligendo Pontifice actum erat; nisi eius electionem Imperator appro-
basset. Sabellicus Ennecadis 8. libro 5. Miserat Gregorium Pelagius Byzant-
ium, ut se apud Principem purgaret, ne sibi nota daretur, quod sine illius
assensu passus esset se Pontificem renunciari. Enimvero irrita erat tunc Penti-
fici declaratio, nisi eam Imperator suo probasset assensu. Blondus, Decadis
2. libro 2. Stephanus quartus Romanum ab Imperatore reuersus, brevi obiit:
eique successit Paschalius primus: qui quod à clero, populoque Romano absque
Imperatoria autoritate, prater obseruatam diu ante consuetudinem, electus es-
set, ad illum scribens suam innocentiam, à cleri, populique violentia purgauit:
Krantz, Metropoleos libro secundo, capite vigesimo nono, Negue mira-
ris, Lector, ab Imperatore constitutum Episcopum. Ferebant hoc illa tem-
pora: quando etiam summorum Pontificum constituendorum, destituendorum
que habebant arbitrium: quod temporum necessitas ferebat. Eheu immu-
tata tempora! Nunc enim contra Pontifex irritam credit Imperatoris elec-
tionem, quam ipse non confirmavit: & obtinuit, ut dicatur tantum Ele-
ctus Imperator, siue Caesar: non Imperator.

C A P. X I V.

Episcopus Romanus reliquorum collega

I. **S**ic Episcopus Romanus fuit frater, collega, coepiscopus cæterorum Episcoporum: Ergo non fuit Occumenicus Pontifex. Est autem verum illud: ergo neque hoc improbari potes.

II. Antecedens tam perspicuum est; quam notum meridie solem lucere. Et quidem non tantum ipse Romanus vocavit reliquos collegas, fratres, coepiscopos suos: nam solent aliquando sic seipso demittere, qui reliquis praesunt: ut Imperator, suos milites commilitones appellat. Sed quod non temere moneo; reliqui Episcopi haud aliter ab initio Romanum salutabunt: quod omnino aequalitatis signum est: quum milites nunquam ausi sint Imperatorem suum, tanquam commilitonem salutare.

III. Scribit saepe Cyprianus ad Cornelium, Lucium, Stephanum, Romanos. Inscripto est: *Cyprianus Cornelio fratri salutem.* Cyprianus cum Collegis Lucio fratri salutem. Cyprianus Stephano fratri salutem. Et in contextu Epistoliarum. Epistola quadragefima prima. Venerunt ad nos, frater carissime. Quinquagesima octaua. Et nuper quidem, frater carissime, gratulaturi sumus. Sexagesima septima. Faustinus collega noster Lugduni consiliens, frater carissime, semel atque iterum ad me scriptus. Sic Cyprianus: nunquam magnificis illis titulosis, qui postea invaluerunt. Ad alios etiam de istud scribens, collegas itidem nominat. Sexagesima octaua. Nec rescindere ordinationem iure perfectam potest, quod Basilides Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe possumus secessisse. Et paulo post. Maxime quium iam pridem nobiscum, & cum omnibus Episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster sacerdos pacificus & iustus. Ita semper Cyprianus. Et vicissim. Cornelius Cypriano fratri salutem. Et Epistola quadragesima sexta. Cornelij ad Cyprianum. Multa processerant ab eis designata, quatu quoque a coepiscopis nostris, ut literis meis cognouisti. Optatus libro 2. Successit Damaso Siricius hodie, qui noster est socius. Augustinus Epist. 90. Domino beatissimo, & honoratissimo fratri S. Innocentio Pab.

*IV. Et Concilia cum prouincialia, tum ecumenica, Arclatense in causa
Cæciliani ad Sylvestrum, apud Baronium anno trecentesimo decimoqua-
to. Vietnam, frater dilectissime, ad hoc tantum spectaculum interesses. Constan-
tinopolitanum apud Theodoretum lib.5.istorix, c.9. *Kvæstus puerorum*,
η διλαβεστάνις, ηγή συλλεκτεροῖς, Δαρεστό, Αμβρεστό, Βερττον. Dominis ob-
fernandissimis, piissimisque, & collegis, Damaso, Ambrosio, Britoni. In Car-
thaginensi, Syricius Romanus, & Simplicianus Mediolanensis, editionis
Graecæ, canone 48. ἀδελφοὶ καὶ συνεργοὶ, fratres & consacerdotes. In Con-
cilio post consulatum Flauuij Stiliconis, Anatasius Romanus, & Vene-
ricius Mediolanensis ἀδελφοὶ καὶ συλλεκτεροῖ, fratres & collegæ. In Actis
Ephesinius Cyrillus vna cum Alexandrina Synodo scribens ad Nestorium,
ιδε τοιων ἀντι τῆς ἀρχας συνέδει. Ecce una cum Romana Synodo congregata.
Καὶ τὴν μεγάλην Ρώμην, in magna Roma, πρεσβύτερον & διαδικτύον
ἀδελφὸν καὶ συλλεκτήγενεν Κελσινοῦ ἐπίκοινος, praefide piissimo fratre, &
collegano nostro Celestino Episcopo, obtulit amurte tertio hoc scripto. Non est opus
omnia colligere: ham res est non controverfa. Vnum addam ex annalibus
incerti autoris, editis à Pithœo in Scriptoribus coætaneis historiæ Francorum:
Synodus Gallica circa annum octingentesimum sexagesimum ad Ni-
colauim Poutificem. Sciesq; nos, non tuos esse, ut iactas, & extollas, clericos, ques-
ut fratres & coepiscopos recognoscere, si elatio permetteret, debueras.*

V. Est ergo certissimum antecedens. Verum in consequentia haerent Papistæ: inter quos prolixtus Pamelius, annotationibus in quartam Epistolam Cypriani. Et respondet varie. Primo: vos fuisse Veteres Episcopos eodiciendi generis, quod esset magis comitatis, lenitatis, benevolentia, quam prophana dominationis.

VI. Admitto o men, inquit: ore animo que fauens. Ergo quæ post tempus inuenta, inuecta, sunt nomina, & in vñl iam plurimis annis; immo aliquot seculis; magis sunt prophane dominationis, quam comitatis, lenitatis, benevolentiarum, Sanctissimo ac beatissimo patri, & domino nostro Sixto quinti: inquit Baronius tomo i. annalium, in Epistola dedicatoria. Beatissimo in Christopari, Paulo, Ecclesiastice hierarchia presidi: Pighius in dedicatoria Hierarchie Ecclesiastice. Beatissimo patri, ac summo Christianæ religionis antifisci, Pio quinto Pontifici Optimo Maximo: Sextus Senensis in dedicatoria Bibliothecæ. Sanctissimo Domino nostro, Domino Pio, huius nominis quartu, Pontifici maximo, Christiq, vicario Antonius Monchiacenus Demochares in dedicatoria propugnacionis historiæ Christianæ religionis. S. D. N. Paulo V. Pontifici Optimo Maximo: D. Archangelus Rubeus Cremonensis. Etiam à Regibus. Sanctissimo Domino nostro, Domino Leoni decimo pontifici maximo: Henricus Rex Angliae in dedicatoria assertione septem Sacramentorum. Et paulo altius repetita memoria. Reuerendissimo Patri patrum Vrbano: In Epistola 12. Domino & patri uniuersæ Eccl̄sia in terra peregrinanti, summo Pontifici Vrbano: Antecl̄mus initio de Incarnatione Verbi Dei.

VII. Hi tituli: hi, inquam, tituli; prophanae sunt dominationis tituli, quam inuenit in Ecclesiam quo iure, qua iniuria malus ille genius, qui Anti-christi negotio agebat. Certe tituli non sunt comitatis, lenitatis, benevolentiae. Nam si esset, tum certe maxime in vslu fuissent; quam maxime vizuit comitas, lenitas, benevolentia. Quid igitur quid agant boni Christiani; virtutis deſtincta misericordiam sortem Ecclesiæ (ſi tamen Ecclesiæ) quam à pſcorum illorum temporum comitate, lenitate, benevolentia, subito ſeſcitur in prophana dominationem detruſam vide? Etiam veni, Domine Iesu. Sed ſi fratris, ſi collegarum, ſi coepiſcopi nomina, tituli ſunt modicū Christianam redolentia; non propterea falſa ſunt Itaq; dicamur audacter: tum quū reliquum ac non nihil apud Romanos erat Christianæ comitatis, lenitatis, benevolentiae; tum Epifcopi eius viris, reliquorum Epifcoporum erant vere fratres, vere collegae, vere coepiſcopi. At ex quo immannissima illa Occumeni pontificatus ambitione ſuerunt ſe ſollicitari: tu qui facti ſunt patres patrum, Domini Epifcoporum, & regum; ſummi Pontifices, Pontifices Optimi Matini; deſierunt eſſe Epifcoporum Christianorum fratres; & collegae. Itaq; eo nomine nemo illos deinceps iis titulis ausus est ſalutare. Et tantam mutationem fermo ceperit, ut res ipſae nihil ſint mutata? Credant Patria Catholici a nūquam credent.

VIII. Secundo respondet: Si ex omnibus ratiocinandum sit de dignitate cuiuspiam, eodem arguento dicendum erit, negare Cyprianum Episcopos esse, quos fratres tantum appellare solet, ad Episcopos scribens. Patris enim nomen ad Christianos omnes pertinere, manifestum est ex Euangelii; & Paulinis Epistolis.

X. Ineptissimam consequentiam ! Nam si omnes Christiani sunt fratres: & inter Christianos Episcopi: certe quidam fratres Episcopi: ac proinde, qui frater nominatur, non statim negatur Episcopus. Nostra autem, consequentia ex vsu communis desumpta est; quum ciuiliter alij alias compellare solemus. Hic vsus huiusmodi est; vt se maiores quidem quodammodo libenter deiciant; & cum inferioribus agentes, equalitatis nomina non dengnentur. At contra vix minores se majoribus æquent: Sic Imperatores, ut dixi, facile vocent milites suos commilitones: sed, qui milites imperatorem suum commilitonē reciproca appellatione vocitarit, nondum repertus est quisquam. Sic laicos ab Episcopis fratres appellatos, quis nescit? Qui tamen laicus Episcopum fratrem dixerit, nondum mihi quidem illus occurrit. Augustinus Epistol. 8. Domino dilectissimo, & cultu sincerissimo charitatis obsequendo atq[ue] amplectendo fratri, & presbytero Hieronymo. At contra, Epistol. 11. Domino vere sancto & beatissimo Pape Augustino, Hieronymus. Quare, si Episcopo Romano tanto intervallo impares essent reliqui Episcopi: potius sit quidem exempli gratia, Cornelius Cyprianum fratris nomine honore: sed ineptissime Cyprianus, hoc ipso nomine Coracium resalutaret.

X. Et hactenus quidem de fratris vocabulo. Nam de collega res est longe manifestior. Nego enim vñquam factum, vt qui in altiori gradu esset; aut ab inferiorib. collega appellaretur: aut ipse inferiores sic appellaret. Scio ab Episcopis aliquando presbyteros appellatos *συμπρεβυτέρους*; *comprebysteros*. Cur non? quum ne id quidem Petrus dedit: Sed id factum, quia vere vtriq; essent presbyteri. At non tantum Episcopos, nemo vñquam presbyter, aut Diaconus collegas appellauit: sed ne Episcopus quidem presbyterum, aut Diaconum. Itaq; nec verisimile esset à Papa Romano Episcopos reliquos appellandos fuisse collegas, coepiscopos: sed omnino absurdum, si cum illi.

XI Tertio responderet; Collegas dici, non illos duntaxat, qui eiusdem potestatis sunt; ut duos Consules, duos Tribunos: sed & qui eiusdem sunt collegii. Itaq; presbyteros Episcoporum collegas dici Concilij Carthaginensis 4. Canone 35. In Concilio Africano, dicuntur omnes Episcopi collegae Aurelij Carthaginensis: quo tamen inconsulto nihil illis agere licuerit. Ergo potest quis esse collega sui superioris: et si non ea ratione qua superior.

XII. Sed omnes norunt Latinē collegas eos esse, qui sunt in eodem munere, funguntur, eodem officio. Possunt quidem in eodem muneris genere varij esse gradus dignitatis, ut duorum Consulū alter erat illustrior; & inter Prætores, urbanus eminebat. Sed in eodem munere non potest alter alteri subiici. Itaq;, quoties alter alteri subiicitur, collegium esse nequit. Nā quod presbyteros Episcoporum collegas appellari notar in Concilio Carthaginensi; primo dico Latinum contextum mihi esse suspectum; quia non is erat tum sus Ecclesiastica politia. Sed vere tamen sic appellari poterunt; qui humana magis consuetudine, quam dominica dispositione Episcopos subiicerentur. Itaq; Canon distinguit, quani Episcopus est in Ecclesia; consensu que presbyterorum: tum enim sublimiorē vult Episcopum sedere: & quara est inter priuatos patientes: tum enim præcipit, ut meminerit Episcopus se

esse collegam reliquorum; id est, compresbyterum. Potuit igitur alludi ad primam primigeniamq; institutionem; quam inductus vsls corripuit. De Episcopis collegis Aurelia non est, quod quisquam hesitet. Nam reuera eius reliqui collegæ erant. **Quemadmodum** enim, illo inconsulto, reliqui nihil gerere poterant, puta, quod commune esset; sic neq; ille reliquis confitentibus: qua de re exstant disertii Canones prisci: & Cyprianus ipse Carthaginensis primas, protestabatur in Concilio: **Nec** quisquam nostrum Episcopum se esse Ep[iscop]i coporum **confituit**: aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adgit: quando habeat omnis Episcopus, pro licentia libertate Episcopatus sua, arbitrium proprium, tamq; iudicari ab alio non possit, quam nec ipse potest alterum iudicare. Hoc, igitur modo appellati sunt collegæ Episcopi Romani. Hoc si ille à nobis ficti potest, ut patiatur, non eit nulla clementationis spes.

C A P. X V.

'De Creatione Episcoporum.

I. *S*i Episcopus Romanus esset Oecumenicus Episcopus, ergo omnes Episcopi crearentur ab illo. At falsum posterius; Ergo & prius. Consequientia necessitas eadem quam lib. 6. c. 17.

III. Et hæc de Episcopis in vniuersum. Et forte non difficulter probabitur aduersariis. Venio ad Metropolitas; quorum, ut pote reliquis tandem praælatorum, dignitatis videtur efficere, vt, si quid vñquā Romano iuriis fuit, horum saltem ei & eligendorum & consecracionum deferatur autoritas; ut ab eo pendeant. Sed ne hoc quidem factum. Canon Aurelianensis Concilii tertii tertiis: *De Metropolitanorum vero ordinationibus id placuit, ut Metropolitanus à Metropolitanis omnibus (si fieri potest) presentibus comprevincialibus ordinentur, ita ut ipsi Metropolitanus ordinandi priuilegium maneat, quem ordinationis consuetudo requirit.* Ipsi etamen Metropolitanus, à comprevincialibus Episcopis (sicut decreta sedis Apostolica continent) cum consensu cleri vel ciuium eligatur. Habes definitam tum electionem, tum consecrationem, in numero Romanorum Episcopi ullum momentum. Itane sit hodie?

neutra Romani Episcopi ullum momentum. Itane fit hodie?
IV. Hactenus Canonos. Exemplorum vero finis nullus, aut numerus.
Excurisse semel comparimus Agapetum primum Constantinopolim vñq; atq; ibi ordinasse Menam deposito Anthimo. **Quod quidem** (vt sunt ad-
ζοις Romani, atq; μικροφλέπρα) non est oblitus iactare; quasi magnū quid
suis temporibus accidisset. **Et hoc** (inquit) **dignitati sua addere credimus, quod**
à temporibus Petri Apostoli, nullum alium unquam Orientalis Ecclesie suscep-
pit Episcopum manibus nostris sedis ordinatum. Apud Baronium anno quin-
gentesimo trigesimo sexto. **Ut** quid mirum in tot seculis vnum hoc exem-
plum dari? Illud magis mirum tantum vnicum dari: & quidem lecto demū
seculo; quum maximè inclinatae essent res Ecclesiasticae: pristinaq; sinceri-
tas primo, occulte tentata, postea aperte impugnata; tandem expugnari co-
piser. Sed, vt dixi, vnum hoc habent exemplum aduersarii: cui nos infinita
possimus opponere. Quis enim neget, à Christo, ad illud Agapeti tempus,
fuisse prope infinitos factos Episcopos in Ecclesia Orientali, vt Agapetus
loquitur, hoc est, Constantinopoli, Alexandriæ, Antiochiae, Hieroloymisi:
inq; Ecclesiis, quæ eorum Patriarchalium autoritatis suberant? Itaq; non est,
quod nos ipsos & lectorem fatigemus exemplorum farragine. Sufficiat
Krantzii locus ex Metropolis lib.2. cap.16. **Necdum** sedes Apostolica Romæ,
cuncta siue Ecclesiistarum, ut nunc, iura vendicauit. **Metropolitanus** cunctag-
ratus in provincia sua.

V. Sed quid Episcopos dico, inscio Romano, electos? Plus dico. Episcopatus nouos instituto constat et non consulto. Imo, non Episcopatus duntaxat, sed etiam Metropolitanos, & primates, Basilius factus Episcopus Czafariensis Gregorium Nazianzenum creavit Episcopum Sasimorum; qui nullus antea fuerat. Similiter Augustinus Antonium Fussalensem. Et in Conclilio Africano legitur Canon, in quo prohibetur dari Episcopum ei cuius sit, quem nullum vñquam habuerat, absque consensu eius cui suberat: Tam nomine Romano quam si auctoritatem tetrarum extirisset.

V. Basilio factio Episcopo Cæsariensi diocesis diuisa est in duas Metropoles. Gregorius in vita Nazianzeni: Βασίλειος ἡλέτης Καισαρεῖαν τὸν αἰώνα φύσης δὲ καὶ φιλορρήσιαν ἵστηται, διατείτης εἰς δύο καὶ Καππαδοκῶν, μηδέ τότε μία γνωσθεῖσαν καὶ αὐτοδιαγραφημένην τὴν Καισαρεῖαν τὴν πόλην. Basilius Cæsariensis Ecclesia clausum tenebat. Crescentibus autem inuidia & ambitions, diuiditur in duas Cappadocum diocesis, quæ huc usque unica fuerat: & Cæsarea opponuntur Tyana. In Conciliorum Carthaginensium Græcè editorum Canonibus, Canon 17. ἔχεται, ἵνα η Μαυριτανία Σιτιφίστης, ἀς ἦτορ τὸ στρατιωταριόν τὸ Νερεδίκης χαρέας, ὃς τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ σωόδειον περιερχεται, ἵδετο εἴκη σωτηρίσμον σιωπήσει πάντων τῶν στρατιωτῶν τῶν Αφρικανῶν ιστασθεῖσαν, διὰ τὸ μεγαλεῖδον τοῦ Ιησοῦ εἰπεῖσθαι. Placuit τοι Mauritania Sitiphensis, quemadmodum petiit à Primate Numidica regionis, à qua separata est auctoritate Synodi, proprium habeat Primate, consentientibus omnibus Primitibus Africarum prouinciarum, & omnibus Episcopis.

phricanarum prouinciarum, & omnibus
Ethabere conceditur, propterea quod longe